

Theologiae Moralis Super Decalogum Seu Decem Dei Praecepta Pars ...

In II. III. IV. Præceptum De Juramentis, Votis, Observatione Festorum, & Jejuniorum, ac obligatione Pietatis & Observantiæ erga Majores: Charitate & Misericordia erga proximum. Pars III.

Sporer, Patricius

Salisburgi, 1713

Caput II. De Voti Natura, Materia, Obligatione & Transgressione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60022](#)

¶ 66 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. II
eustas, nubes, tempestates &c. directe ui-
moventes se se, vanum est, & superstitionis
tales res aut omnino se ipsas mouere non pos-
sunt. falso non ex intentione ad nocendum: ne-
quenter ad adjurationem a suo motu possim-
us. At vero licitum, & sanctum est, easdem Deo si-
rationabiles adjurare indirecte, tanquam standu-
lio, utpote Deo, Angelo, dæmone: ita ut
adjuretur, aut deprecative ipse Deus, vel actu a
ut tale malum avertat, aut tale bonum con-
talem creaturam; aut imperativè dæmon id, que
tales res malum inferat. Atque ita sanè inter no, na-
sunt Exorcismi Ecclesiæ directe ad res irrau-
saltem, aquam, herbas, tempestates &c. vide auten-
sit. lib. 2. c. 24. a. n. 37. & Tamb. lib. 3. Duxit, c
bit ar-
ction
oblig

CAPUT II.

De Voti natura, materia, obligatione & transgressione.

Votum variè accipitur: 1. Apud Gram-
cos accipitur pro quovis bono desiderio 2. Vo-
Prov. 31. quid dilecte votorum meorum? id
deriorum. Et in Canone Missæ: Tibique 3. Ego
vota sua: id est, pia desideria, preces. 2. Ap-
ristas votum significat suffragium, vel calcu-
electionibus, vel consiliis. 3. Apud The-
sopriè. & strictè votum significat promissio
Deo factam. Eccl. 5. Si quid vovisti Deo,
ris reddere: displiceret enim ei infidelis & fa-
cul. Secundum

missio. Psal. 49. *Redde altissimo vota tua*, & alibi
 stiiosum assim. Et hoc modo votum est actus specialis vir-
 e non pos- utis Religionis Deo debitum cultum exhibentis:
 dum: nec tenim maximè spectat ad cultum Dei, hominem
 u possint speciali promissione, & velut lege privatâ se alligare
 t, easdem Deo suo, ad aliquid bonum in ejus obsequium præ-
 quam standum: idque intuitu, & vi promissionis Deo fa-
 ne: ita ut exequi reipsa. Itaque emissio voti quidem, seu
 us, vel actu aliquid vovere, est solum in consilio, & in nul-
 num coni lo præcepto: at verò voti impletio, seu actu exequi
 dæmon, id, quod quis sponte voverat, est de præcepto divi-
 sanè in te no, naturali, & positivo, & specialiter de secundo
 res irrat Præcepto Decalogi: *nos affumes &c.* gravissimè
 &c. vide autem abutitur divino Nomine, qui ipsi Deo vo-
 b. 3. *Dixit*, & id implere negligit: quod suo loco pate-
 bit amplius. Jam ergo hoc Capite per quatuor Se-
 ctiones videbimus 1. voti naturam. 2. materiam. 3.
 obligationem. 4. divisiones, & transgressiones.

SECTIO I.

Voti Natura.

SUMMARIUM.

2. *Votum est promissio deliberatè facta Deo de meliori be-
no.*
3. *Essentialiter debet esse promissio vera. Unde*
4. *Voluntas promittendi, & se obligandi est essentialis voto,
ita ut verba voti sine tali animo prolatâ non sint vo-
tum,*
5. *Sic etiam si proferens verba voti, habeat quidem volun-
tatem aliquid promittendi, ignorans autem, voto an-
nexam esse obligationem, non facit votum.*
6. *Secus, scilicet iis verbis, seu voto annexam esse obligatio-
nem.*

168 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. II.

7. Si votens habet voluntatem promittendi, & scit
non tamen implendi, votum adhuc valet.
10. Ad votum validum itaque requiritur intentio per-
di, & se obligandi, non quicquam necessarium ab-
plicata, sed
11. Sufficit actualis implicita in conceptu confuso;
12. Etiam virtualis tantum;
13. Non verò solum habitualis;
14. Minus interpretativa, & indirecta tantum.
15. Usque ad n. 20 quid presumendum, quando de-
an votens habuerit veram intentionem promitti
se obligandi,
20. Promissio voti essentialiter debet esse deliberata,
tione perfecta;
21. Tantā scilicet quanta requiritur ad peccatum mortali;
22. Unde invalidum est votum, emissum ex motib⁹
vel secundō primis.
23. In dubio deliberationis sufficientis, quid judicari;
25. Totum essentialiter debet esse promissio voluntatis;
26. Irritum est nomine Votum factum ex ignorantia,
vel dolo versante circa substantiam rei promissae.
27. Secus si ignorantia &c. versetur solum circa ac-
reī promisse.
28. Quid de votis metu extortis?
30. Votum essentialiter debet esse promissio ipsi Deo;
Usque ad n. 35.

ASSERTIO I.

2. **V**otum rectè definitur *Promissio delibera-*
ta Deo de meliori bono. Omnes cum S. I.
2. 2. q. 88. a. 1. Scoto 4. dist. 48. Quod aliqui
dunt: *cum intentione se obligandi: jam effe-*
tincluditur in ipsa voce Promissio, ut patebit,
tum ergo ex parte actus essentialiter quatuor
rit: ut sit promissio vera, deliberata, voluntaria,
facta Deo. Explico scorsim.

§. I.

Promissio vera.

VOturn essentialiter debet esse vera promissio, hoc est, voluntas firma, & constans fere obligandi ad aliquid agendum, vel omittendum; ita nimis ut ex tali promissione ad Promissarium, utpote ipsum Deum, obligatio, & quasi jus acquiratur. Ita omnes Theolog. & Canonista unanimiter. Ratio est: quia votum est quædam lex privata, quam homo suâ sponte sibi met imponit, eaque se obligat Deo: intentio autem obligandi est de essentia legis cujuscunque &c. Excluduntur ergo à ratione voti omnia proposita simplicia tantum, quantumvis firma, & sancta, quibus simplex voluntas intendit aliquid facere absque intentione se ad id obligandi. Jam notas discrimen inter propositum, & promissionem: Propositum enim est voluntas aliquid agendi in futurum simpliciter: Promissio est etiam voluntas aliquid agendi, vel omittendi in futurum, sed tanquam debitum, seu ex obligatione: definitur enim promissio: *deliberata & spontanea fidei obligatio facta alicui de re bona, & possibili.* Ac proinde licet milles firmissime proponas, hoc vel illud bonum opus ad honorem Dei præstare; hoc tamen propositum nunquam constituetur votum, quamdiu abest voluntas se obligandi, prout aperte significatur c. litterarum, de voto, & voti redemptione. Ubi cuidam Magistro consulenti ita respondit Alexander III. Pontifex. *Cum ex quadam missione sanguinis nimis fuisses mortis horrore perterritus, hac verba protulisti: non diu hic morabor: pro-*

L 5

neue.

ponens in animo, quod Religionis habitum aliquando suscepturnus. Tibi igitur respondet quod si plus non est in voto processum, transiudicari non poteris, si non impleas, quod dicitur. Sic Pontifex, manifeste significans solo proprium quantumvis sancto, non constitui votum: qui etiamsi non habeas propositum, seu voluntate aliquid faciendi, si tamen id serio Deo promissi voti reus eris, ut mox patebit. Ubi nota triplex in votis voluntatem, seu intentionem distinguuntur: *promittendi*, *se obligandi*, *implendi*. Hoc ultimum propositum est. Pono breves solutiones,

RESOLUTIO I.

Voluntas promittendi & se obligandi per talis voto, cum sit essentialis omni professioni. Simpliciter ergo nullum est voto, cum exterius solum profert verba votum significativa absque omni animo, ac voluntate promittendi & obligandi se, sed solum aut per modum propriae desiderii pii, aut joci, vel etiam mendacii. hic ratio formalis voti, scilicet promissio, deinde consequenter ullam inducit obligationem ex votu Religionis ex se, sed solum quandoque per accidens superius de juramentis dictum. Quodlibet proferens verba voti, habeat quidem voluntatem aliquid promittendi, sed non habeat voluntatem intentionem se obligandi, iradistinguenda.

I. Siquidem ita faceret ex ignorantia, quia nimirum neficeret voto, seu permissioni tali esse annullationem, sive deinde solum negativam esse.

nullum eliciendo actum volendi se obligare, sive etiam positivè excludendo voluntatem obligandi, & eliciendo actum contrarium nolendi se obligare tali voto, vel promissione à se facta; nullum erit, & irritum votum in omni foro, in quo ejus ignorantia constat. Ita communis DD. Suar. l. 1. de voto c. s. n. 3. & 7. Sanch. lib. 4. mural. c. 1. n. 27. Laym. lib. 4. tract. 4. c. 1. n. 2. alii apud ipsum. Ratio est: quia ignoti nulla voluntas: & error circa substantiam rei vitiat actum: atqui intentio, seu voluntas se obligandi est de substantia voti validi, & obligatorii; ergo eam obligationem ignorans, & consequenter nullo modo directè, vel indirectè eam volens, vel intecedens, aut etiam positivè excludens, destruit esse niem voti, & invalidum reddit, sicut & in quacunque alia promissione, vel contractu.

II. Si quis autem proferens verba voti aut volens promittere, simùlq; conscientius obligationis ex tali voto vel promissione exurgentis, solum se negativè haberet, non eliciendo actum volendi se obligare, &c. votum omnino valebit & obligabit: talis enim eo ipso, quò voluntariè emitit votum conscientius obligationis, virtualiter, & implicitè etiam censetur intendere, ac velle ipsam obligationem: quòd si vero talis conscientius obligationis voti ex mera malitia vellet quidem promittere, sed positivè nollet se obligare, vel obligari: tunc probabilius votum esset rursus nullum, & invalidum; quia contraria illa voluntas positiva destruit quid esse niem voti, scilicet intentionem se obligandi, consequenter votum annullat. Est enim votum lex privata, quam sibi quis Dei

172 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. II.
in Dei obsequium imponit : lex autem non ob-
ultra imponentis intentionem ; ergo si obliga-
nem à te excludas , non eam contrahis.

RESOLUTIO II.

7 **C**um habet vovens voluntatem promittere
se obligandi sed non habet voluntatem
intentionem votum implendi , etiam positive
voluntate contraria non implendi , seu præva-
di illud , votum nihilominus erit validum , &
gatorium , et si graviter illicitum , pro ratione
riæ . Communiss. DD. cum Navar. *Man. c. 12.*
Sanch. l. 4. Moral. c. 1. n. 23. Laym. cit c. 1.
Ratio est : quia sicut obligatio aliquid facient
ipsa executio sunt valde diversa , nec ad substantiam
ejusdem contractus concurrunt , ita etiam in
obligandi , & intentio implendi , diversa sunt :
dicimus requiri ad votum validum ; hanc ad vo-
lendum tantum . Quemadmodum enim aliqui
to castitatis v. g. de facto adstrictus , potest tri-
illam non servare : ita sine dubio fieri potest , ut
veram habeat intentionem adstringendi se
castitatis , & simul voluntatem eam quandoq; no-
vandi , et si malitiosissime , attamen valide . Alio
ordinatus Sacerdos , animo tamem non dimis-
concupinā adeoq; non servandi castitatis votum
nexū , non validē emittet illud votum : aut pro
Religionē aliquā , solum ut præbendā fruatur ,
que animo illius Statum observandi , non fieri
dē Religiosus : quæ apud omnes absurdā sum-
misio.

8 **N**ec obstat : quod votum alioquin ex objecto
specie sua opus bonum , hic individuo ob-

circumstantiam simpliciter fiat actus malus, & vitiōsus. Sic enim etiam si quis ex motivo vanæ gloriæ vovit eleemosynam, vel continentiam, &c. votum vitiosum est propter superbiam, attamen validum est, & obligat ex virtute Religionis; quia est de re licita & bona: & licet ipsum votum diuplicateat Deo, restamen voto promissa ei placet, & accepta est: eādem rationem, quia suprà dē juramento illūcito tamen emissio de re licita, dictum est: ut benè not at Laym. cit. lib. 4. c. 1. n. 2.

Nec obstat rursus si dicas: Deus debet acceptare votum: at non posset acceptare tale votum vitiosum; ergo nullum est votum. R. disting. minorem. Deus non posset acceptare tale votum ad debitum, seu obligationem: *nego minorem.* Est enim vera promissio. Non posset illud acceptare ad meritum, & præmium, quā malum est: *concedo minorem:* & *nego conseq.* neque enim opus est tali modo omnne votum validum acceptari à Deo.

RESOLUTIO III.

Ad validum porrò votum requiritur, & sufficiens intentio promittendi, & fere obligandi, aut actualis, explicita, aut implicita, aut virtualis: non item habitualis, vel interpretativa tantum. *Omnes.* Optima quidem, & certissima est intentio actualis explicita, & formalis, ut cum quis vovens actu, & explicitè vult se suo voto, vel promissione obligatum Deo: at certè non requiritur necessariò: sed

I. Sufficit intentio actualis implicita in conceptu confuso: ut si, etiam si actu ignorans, vel non cogitans

tans obligationem voti, ideoque eam explicite non potens, ea tamen intentione proferas verbi, quā cæteri proferunt, vovent, vel promittit eo ipso implicitè intendis te obligare sicut et Quod maximè verum est, cum quis actu scit aut saltem dubitans, vel utcunq; apprehendit obligationem voti, nihilominus voluntarie eum votum, seu verba voti profert; eo ipso et amincit vult ejus obligationem, quam scit, vel avertit, aut saltem adverteret voto annexam explicitè non exerceat actum volendi se obligari intentionem explicitam obligandi se.

12 II. Sufficit intentio virtualis tantum, scilicet præcedentis intentionis actualis habitæ, & non revocatae adhuc virtute perseverans in operatione morali, ut nimirum verè vi illius præcedentis intentionis modò fiat votum v.g. Novitus hodie nè habet deliberatam, expressam & actualē luntatem vovendi, seu Professionem emitendi vi hujus intentionis postea tempore congrucomparat, ad Altare accedit, aliásque prævious remonias obit, interim, ut solet fieri, circa variis strahitur, angitur, aliis attendit, & tandem re Professionis ex tabula profert mente omnino stractus, nullam amplius actualē habens intentionem vovendi, & se Deo ita obligandi, valida onus manet Professio, ac votū solemne: quia res intentio virtualis perseverans in operatione moraliter enī vi illius præcedentis intentionis revocatae sit præsens votum, vel Professio in hoc momente in statu operandi moraliter. Cujus

virtual
Sacrosanctum
III.
mirum
nullo
ut vi il
tum, ve
propos
no, ve
erit vo
luntari
IV.
va, &
sed in
modo
sa aliqu
ebriur
tere, et
in ebr
ta erub
quia a
liter re
tas, q
nulla
missio
terè:
quomodo
volitu
aliásque
bitur

virtualis intentio etiam sufficit ad Confectionem
Sacrosanctorum Sacramentorum.

III. Non sufficit intentio habitualis tantum ni-
mirum antea quidem habita, & non revocata, sed
nullo modo perseverans in operatione morali, ita
ut vi illius intentionis præhabitæ minimè fiat vo-
tum, vel opus præsens, sed aliunde: ut si hodie manè
proposuisti vovere in crastinum, & postea in som-
no, vel plenè ebrius verba voti enunties, nullum
erit votum omnium consensu; quia nullum est vo-
luntarium actu, vel virtute, sed merè est habitum.

IV. Multò minus sufficit intentio interpretati-
va, & indirecta tantum; habita scilicet non in se, ¹⁴
sed in alio: quando nimirum votum nunquam ullo
modo in se directè, sed solum indirectè in sua cau-
sa aliqua est volitum: v. g. aliquis expertus scit se
ebrium multa Deo vovere, vel hominibus promit-
tere, etiam juratò: nihilominus postea se inebrians,
in ebrietate votet, jurat, promittit, &c. nulla, & irri-
ta erunt illa vota, vel juramenta, nec iis obligabitur;
quia ad votum, vel promissionem validam effentia-
liter requiritur vera, & libera se obligandi volun-
tas, quæ cùm in ebrio desit, votum, vel promissio
nulla est. Secùs est de homicidio in ebrietate com-
misso à præscente se ebrium solere rixari, & percu-
terè: homicidium eam, cùm in actione externa
quomodocunque volita consistat, etiam indirectè
volutum, verum est homicidium, irregularitatem,
aliásque poenas inducens, ut ex professo explica-
bitur suo loco.

RE-

15 Quando oritur dubium, an quis habuerit probabilem intentionem ita promittendi, & se obligare oportet adeoque an verum votum emiserit; an vero berum habuet simplex propositum aliquid faciens nimis omittendi; observandæ sunt tequentes Regulae quae:

I. Quando quis adhibitat debitam diligentiam, rati, absolute dubitat, an emiserit verum vocerba, an vero simplex solum propositum conceperit, promisus obligatur voto: quia tunc melior est conditio. g. bitantis possidentis suam libertatem: & in oratione, non presumitur factum; nisi aliunde oriatur dubitatio sumptio: ex communi recepta doctrina in obligacione conscientia dubia.

16 II. Quando quis certus est se emississe vocerba, seu deliberatè protulisse verba verum votum, nec de verami promissionem significantia; v.g. Pro loco pro DEO, & B.V. MARIE servare castitatis adhibitat tamē diligentiam, dubitat utrum habet intentionem; seu voluntatem sufficientem si imitatur gandi, votum obligat: quia tunc melior est conditione. Sanctorum voti possidentis suam obligationem: nam cum prudenter deliberatè proferens verba significantia votum promissionem veram, semper presumitur habere sanitatem voluntatem promittendi, & se obligandi; et: de enim presumitur dicere, quod in corde non habet votum nisi aliunde probetur oppositum: ideoque haec eceris: sed jam spoliavit se suam libertate & voto successu romitti. Ut plurimis citatis latè, & optimè probatur: omnia. I. i. de Matr. disp. 9. à num. 13. & lib. 4. n. 1. c. ut continet. c. i. n. 13. Ubi tamen recte addit: quod similius. Tercio

bio positivo pro utraque parte essent rationes æquæ
abuerit probabiles, quin etiamsi probabiliores essent pro
se obligante opposita, seu pro ipso voto, dubitanti tamen li-
an vero berum esse resolvere se non obligari voto, sequendo
faciendo nimirum sententiam verè, et si minus probabilem.
es Regi De quo latius suo loco.

diligentia III. Cùm quis scit se mente, vel ore protulisse
erum verba, quæ suapte naturâ non significant votum, seu
concepere promissionem obligatoriam, sed solum propositum:
condit. g. *Domine Deus in tui honorem hoc faciam*,
& in irabo, dabo, &c. aut, firmiter propono hoc facere:
orientur dubitat autem, an habuerit intentionem se ad id
ina in mobligandi: judicandum est, non habuisse, ideoque
non esse votum, sed tantum propositum. Cùm enim
protulisse verba non significant votum, vel promissionem,
votum nec de mente constet, nulla eo in dubio stat posses-
re. v. g. *Patio pro voto, sed remanet dubitanti possessio suæ li-
re castiudicis.* Communis D.D. apud citt.

trum haec IV. Notanda autem hic per omnem modum est
eniem imitatio, quam ex Navarr. l. 3. consil. 5. de voto tra-
lior est edit Sanch. cit. I. n. 35. *Nisi verba illa alias nu-
trahunt propositum significantia, ore, aut mente enun-
tiata votum ientur per modum pacti:* v. g. *Domine DEUS!*
mitur haec sanitatem concesseris, dabo tantam eleemosynam.
zandit; vel: *da sanitatem, & ingrediar Religionem, &c.*
de non votum verum erit; quia haec verba: faciam, cùm
eoque haec: facies: cùm pactum importent, idem significant, ac
to succurrerem; nam contractus illi innominati in Jure
probatus nominati, do, vel dabo, ut des; faciam, & facies;
lib. 4. &c. ut vera pacta, sine dubio veras promissiones
odfrin continent. Unde rectè advertit Navar. ibid. ebriunt
THEOL. MORAL. PARS III: M illum;

178 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. II.

illum, qui dixerat: *Da mihi Domine salutem,*
serviam tibi, intelligendo mente de statu
& continentiae, revera fuisse obligatum voto
vandam castitatem, ob rationem datam. *Sis ni-*
tè Gobat. Alph. quadruplici. p. I. Cas. I. n. 11

I. berat requi- sis ni- lum p-

19 V. Regulam ponit Valentia in 2. 2. d. pecca-

punct. 1. Quandocunque quis paulò post ter re-
quani quibuscunque verbis aliquid facere, *obliga-*
statim dubitat, an voluerit promittere, & *potest*
re an verò solùm proponere; potest probabili Unde
dicare, non esse votum, vel promissionem, si tant
tum propositum. Nam talis voluntatis delibera-
re obligandi ad aliquid agendum, non solem diat,
nes tam facile & citò oblivisci: ideoque si commi-
tam citò quis dubitat, præsumitur non habu-
votum rò mo-
lentem voluntatem. *delibe-*

§. II.

Promissio deliberata. morta-

20 Votum essentialiter debet esse promissio esset p-
ta perfecta, & plena deliberatione: ut dictum
rum quis sciens naturam, & obligationem votum morta-
nè deliberet, & judicet, an materia, voti concuratio
& an sihi conveniens sit, se tali voto in tali intentis
obligare: quâ deliberatione deficiente, *tia, &*
(quod maximè debet esse liberum) nullum plena c-
ita *Omnes.* Ratio est: quia voto est lex obligati-
sibi votens ipse imponit: atqui imponere sibi *anc* ve-
gationem, grave quid est, nec rationabile est, ut
posse sine plena deliberatione, maturo judicio votum
libertatis imperio imponi: ergo, &c. Adhuc nodò t-
us intelligenda sint sequentes Regulae.

I. Regula, ab omnibus recepta est: Tanta deli-
beratio requiritur, & sufficit ad votum, quanta
requiritur, & sufficit ad peccatum mortale: exclu-
sis nimis motibus primò primis, in quibus nul-
lum peccatum; & secundò primis, in quibus solum
peccatum veniale fieri potest. Sic *Gloss.* communi-
ter recepta in caput *Mulier.* 32. q. 2. *Qui potest se*
obligare diabolo (per culpam scilicet lethalem)
potest se etiam obligare DEO, nempe per votum.
Unde si quis irâ, vel aliâ passione commotus voveat
tum, si tantum sit motus, ut rationis judicium, & delibe-
rationem ad peccatum mortale requisitam impe-
on solem diat, vel omnino tollat, ita ut si tunc homicidium
committeret, peccatum mortale non esset; etiam
votum invalidum erit defectu deliberationis: si ve-
rò motus non ita impedit rationis usum, quin quis
deliberatè advertat, hic & nunc homicidium sibi
mortaliter esse illicitum, ideoque tunc commisum
esset peccatum mortale, etiam votum tali motu e-
ione: ut dictum erit validum. Quare, sicut ad peccatum
onem mortale, ita etiam ad votum non requiritur delibe-
ratione, & nunc matura & diurna intellectus expen-
sas in talis intentis omnes circumstantias, omnia concomitan-
tia, & consequentia, &c. dummodo sit deliberatio
nullum plena quoad usum rationis, ut nimis quis sciens
est lex obligationem voti, deliberatè judicet materiam
onere sua, & sibi tali voto obli-
nabile eligari esse conveniens. Unde recte notat *Navar.* n. 36.
viro judiciorum ex calore iracundiæ editum esse validum,
Adhuc nodò talis passio rationis usum non impedit. Nec
est, quod tale votum absque exacta discussione

M 2

editum

180 Tract. III. In II. Præcept. Decal. Cap. II.

editum venialem saltēm culpam imprudenti
volvat; acceptat enim Deus tale votum; no
dem ad meritum, quia defectuosum, attamen
ligationem ac debitum, utpote validum, seu
cienti cum deliberatione editum, ut suprà
notatum est.

22 II. Omni ergo jure invalidum est omne & qui
emissum, non tantum ex motibus primo rationis
terroris, timoris, amoris, & similiūm palliūbūs
plenum usum rationis & deliberationem, on se: ut
que intellectus advertentiam prævenientib[us] trim.
peccata esse non poslunt; sed etiam ex motibus autem
cundo primis cum aliquali semiplena adverculare
intellectus (qualis est in semidormiente, semipatitu
&c.) in quibus motibus, et si peccatum venit IV.
possit, votum tamen emissum simpliciter el præten
ita ut nec sub peccato veniali obliget ita vnde liber
uti contra Paludanum, Navar. & alios sunt eff
muni recte docet Sanch. l. 4. moral. c. I. n. ta, aut e
tio diversitatis est: quia ad peccandum veterior
sufficit defectus quicunque quomodo operatione
litus, qualis etiam est in motibus secundis in uniu
circa objectum malum: at verò ad obligandum
voti requiritur directa, & deliberata voluntas, & de
ad hoc, ut quis obligatoriè disponat de suis coriorum;
requiritur, ut habeat perfectum dominium delibera
actuum, quale non habetur in primis motibus At quid
etiam secundo primis. igerit an

23 III. In dubio deliberationis sufficientis it. lib. 4.
tum validum requisitæ regula universalis est Diana p.
docunque quis certus est, se emisse votū cum amendu

nprudentia promittendi; & obligandi se ad id, quod votum cum; non promissum est, dubitat autem, an habuerit sufficientem deliberationem, plerumque votum censetur obum, sed ligare: quia tunc melior est conditio voti possidentis suam obligationem; & homo voluntarie faciens votum, jam spoliavit se possessione suæ libertatis: & quia raro admodum contingit defectus deliberationis sufficientis: ideo ex communiter accidentibus passibus præsumitur debitam deliberationem ad tuendum, oritur: ut multis citatis latè probat Sanch. lib. I. de Mariantib. trim. diss. 8. n. 8. & lib. moral. c. 1. a. 10. Dixi ex motu autem plerumque: nam regula hæc ad casus particulae adverculares non semper locum habet, sed exceptiones sente, sem patitur. Igitur

IV. In casu particulari attendendæ sunt causæ 24. citer et prætensiæ causantes in deliberationem, seu defectum voti deliberationis ad votum requisitæ. Ex causæ pos- alios sunt esse aut ætas tenera, aut passio vehemens, subi- c. I. n. 14. ita, aut ebrietas, somnus, phrenesis, aut amentia diu- lum vixior. 1. Quando dubitatur de sufficienti delibe- docungatione ob defectum ætatis, ita distinguunt DD. Secundum ouniter: si yovens, quando emisit votum, excessit obligatum septimum, præsumitur defectus usus ratio- voluntatis, & deliberatio, adeoq; votum validum, & obliga- de suis oriorum; si autem certus sit, tunc non attigisse annum inium deliberationis sufficientis, ideoq; votum nullum. s morib. At quid si de hoc ipso dubitetur, an scilicet quis at- igerit annum septimum, nec ne? Sanchez quidem cipientis it. lib. 4. Moral. c. I. n. 14. eoque & aliis citatis salis est Diana p. 4. tr. 3. resol. 10. voluit pro voto præ- cūmendum esse, eò quod de voto constet, excusa-

tio autem dubia sit; & quia rarissime ante septu
 annum emittuntur vota, vel juramenta, id
 in tali dubio ex communiter contingentibus
 mendum in favorem voti, esse nimis tam
 post septennium, & ideo validum. *Omnino*
 biliter. Certe tamen æquè probabiliter oppo
 tenet *Castro-Palaus* cum Tamb. l. I. Decal.
 7. verb. atas n. 7. Quia reverè hic non pot
 stare de vero voto; quia rationabiliter dubit
 aliquo constitente essentiam voti, scilicet del
 tione sufficienti, in tam tenera ætate non
 menda. Huic ego assentior: moneo tamen
 tate præditum, ut pro majori securitate di
 2. Quando dubitatur de sufficienti deliberatu
 quod votum vel promissio facta fuerit temp
 bitæ passionis, iræ, terroris, &c. item tempore
 tatis, somni, phrenes, &c. iterum præsum
 pro voto, & voventem obligari, probabiliter
 tius tenet Sanch. lib. cit. eò quod rursus con
 promissione, dubitetur autem de excusatione
 Deinde qualitas, quæ naturaliter inest, semper
 esse supponitur, nisi clare constet de oppo
 usus rationis naturaliter homini inest: ergo
 actionibus semper inesse præsumi debet, nilia
 constet oppositum. At rursus non improba
 negat cum aliis *Castro-Palaus* cit. tom. I. n.
 p. 11. Non enim omnino est verum, tunc co
 de promissione; cùm enim dubitatur, an
 sufficiens deliberatio, dubitatur de eo, quod
 taliter requiritur ad promissionem: ergo dub
 de ipsa promissione: atqui promissio facta in

VO

ta
7a. Om
ex priv
sentia

non præsumitur : ergo , &c. 3. Quando dubitatur de sufficienti deliberatione ex eo, quod dubitetur, an votum fuerit emissum tempore amentiae , vel sanæ mentis : iterum sic distinguit *Sanch. cit. num. 15.* Quod si amentia circa tempus voti emissi diurna fuit v. g. aliquot mensium , et si constet habuisse lucida intervalla, nihilominus habitâ diligentia debita, verè dubitat quis, quando emiserit votum, præsumitur emississe tempore amentiae , adeoque sine sufficienti usu rationis , & deliberatione , & consequenter votum esse invalidum. Secùs dicendum , quando amentia tantum brevi tempore duravit , ut in phrenesi , vel ebrietati : tunc enim in dubio, non cadit præsumptio in tempus amentiae tam brevi durantis, sed præsumitur votum emissum tempore sanæ mentis , cum sufficienti deliberatione , ac proinde esse validum , nisi aliundè probetur defesus. Dicta hactenus utroque §. de intentione, ac deliberatione requisita ad votum, cùdem prorsus ratio ne, iisdemque casibus intelligi , & applicari debent de intentione , & deliberatione requisita ad jurementum promissorum, & quamvis promissionem, pactum , vel contractum validum , & applicatio est facilis.

§. III.

Promissio Voluntaria.

Votum essentialiter debet esse *promissio voluntaria*, seu cum libero voluntatis consensu facta. Omnes. Ratio saepius data est : quia votum est ex privata, quam quis sibi ipsi imponit: atqui lex ergo dubitativa consistit in imperio voluntatis per intellectum.

M 4

telle.

tellectum enuntiatum: ergo etiam votum re liberum voluntatis imperium, seu decretum, vovens se Deo obligatum velit ad quidpiam standum, vel omittendnm. Hinc breviter rex latius dictis in materia de actibus humana

26 I. Omni jure irritum est votum emissum a norantia, errore, vel dolo versante circa subita rei promissæ: quia incogniti nulla voluntas, quis sacrum Ordinem suscipiat ignorans ei nexum, vel erroneè credens ei non esse am votum castitatis; non tenebitur voto, quod n̄ est, sed solum ex præcepto Ecclesiæ, si talis in suscepito ministrare velit. Ex communi Lay L. 4. tr. 4. c. 1. n. 5. Si quis Religionem prof ignorans in ea esse interdictum, vel putans lic ea conjugium. Si vovisti peregrinationem litanam, erroneè putans tantum distare decem aribus, cum tamē distet sexaginta, vel ampli vovisti peregrinationem in Terram sanctam, posse confici itinere pedestri per terram, cum mare transfretandum sit, &c. irrita sunt vota, ignorantia, vel error versatur circa substantia promissæ, saltem quoad magnam partem.

Cape casu vulgari. Tenuis Opifex in periculo submersionis vovit, si evaderet, ad pnum Sacellum Beatæ Virginis offerre nummum quem manu in faculum missa apprehendit, putans monetam esse argenteam aliquot crucorum; sed apertâ manu deprehendit nummum aureum, seu ducatum, quem nuper opera mercedem acceperat, anxius interrogat Parochi

an ex voto suo tencatur hanc totam ferè suam opulentiam Beatæ Virgini offerre? Reclè responsum est, non teneri, sed satisfacere, si offerat nummum a genteum ejusdem, vel paulò majoris quantitatis; quia verè error erat circa substantiam, & intentio voventis non poterat se extendere ad illum nummum aureum, de quo minimè cogitabat. Eādem ratione dicendum, si erretur in fine principali intento à votante, seu causa principali motiva vovendi, ut alias quis positivè nollet vovere. Ut si vovisti alere hunc pauperem, erroneè putans esse tuum consanguineum, cùm tamen minimè sit. Si vovisti eleemosynam dare peste laborantibus in hac civitate, & reverà nullus laboret peste &c. irrita manent vota tua; quia deficit finis principalis à te intentus. Sed de hoc latius cap. seq. ubi de cessatione votorum,

II. Si ignorantia versetur solum circa accidentia rei promissæ, votum nihilominus erit validum. Cùm enim accidentia sint connexa substantialibus rei promissæ, qui ipsam substantiam vovet, censetur etiam vovere accidentalia, quæ expreſſè non excipit. Ut si vovisti Religionem Carthusianam, solum ignorans in ea esse perpetuam à carnibus abstinentiam, et si fortassis non voveres, si scires, obligaris votō. Ita Suan. lib. 1. de voto. c. 1 2. n. 3. Sanch. cit. lib. 4. c. 2. n. 6. Valentia, aliisque citatis. Laym. ibid. n. 5. Secūs dicendum de errore positivo, vel dolo: hic enim irritat votum, non tantum si circa substantialia, sed etiam si versetur circa accidentalia voti, quæ secundūm voventis intentionem notabiliter objectum immutant. Ut si vovisses eandem

M 5

Re-

Religionem Carthusianam proprio errore, veterius dolo deceptus, positivè credens in eis sum carnium: alioquin si scires non licere, min vovisses, non teneris voto, ut potè irrito, munis apud cœt. Ratio: quia sic Religionem non absolute vovisti, sed ut affectam, vel modicam tali conditione, vel circumstantiâ: quæ hic accidentalis respectu objecti materialis voti, et men essentialis respectu objecti formalis voti per se à voente intenta: quæ, si desit, notabit immutat objectum voventis: ut optimè exp. *Suar. c. 11. n. 11.* Excipitur tamen votum nomine Professionis, quod ob nullum errorem, vel ium substantiam rei non attingentem infirmaturque in eo, cùm semper matura & diuturna anni deliberatio præcurrat, vix unquam admittatur ignorantia invincibilis.

28 III. Omni jure validum est votum emissum quocunque metu, siye ab intrinseco orto, ut in pecto mortis ex infirmitate, naufragio, pelle sive ab extrinseco incusso ab homine, ut ab hosti latrone &c. dummodò rationem non pertinet. Quo casu ipso jure naturæ maximè irritum est votum, sed hoc rarum, & non facilè præsumendum nisi tempore voti quis manifesta perturbationis pœna dederit aut ipsum votum injustè non extorquatur. Ratio est: quia talis metus actum à se cauſa relinquit simpliciter Voluntarium, etsi secundum quid cauſet involuntarium, simpliciter enim vovere, & solum affectu ineffaci nollet vovere, metus urgeret, & latius explicatum suo loco:

rum autem voluntariorum sine dubio est validum:
ergo &c.

IV. Excipitur semper: *nisi ipsum votum metu gravi & injusto extortum sit*: tunc enim irritum, & invalidum est votum, non tantum jure humano canonico expresso c. *Perletum*, & aliis de his, quæ vi, sed etiam jure naturali. Ratio enim naturalis est, quia ut ait D. Bonaventura 3. dist. 39. a. 3. q. 2. *Deus vult sacrificia voluntaria, non coacta*. Non enim acceptat Deus tale votum metu injusto extortum: ut si frater fratri mortem minetur, nisi resignata hæreditate Religionem, vel Clericatum voveat &c. ne videatur approbator injuriæ, & iniuitatis, tale votum extorquentis per metum iniuitè incusum: quemadmodum neque homo probus permissionem sic injuriosè, & injustè aliundè extortam sibi factam acceptaret, & talis promissio irrita censeretur, & ad arbitrium promittentis revocabilis. Communis DD. Insuper in Cone. Trid. ff. 25. c. 18. de Regularibus, excommunicationis sententia lata est in eos, qui virginem, vel aliam fœminam ad Monasterium ingrediendum, vel Professio nem emittendam injustè coegerunt.

Dictum notanter I. Votum ex metu *gravi*: nimurum cadente in constantem virum, ut mortis, amissionis hæreditatis &c. juxta dicta suo loco: quæ tamen gravitas metus expendenda est etiam maximè ex qualitate personæ, ex metu voventis. Interdum enim apud filios, vel filias-familias plus valet timor reverentialis erga Parentes, vel Tutores, quam apud alios timor per minas, vel verbera

in-

incussus. Ideoque tali timore voventes in somnem conscientiae liberi censendi sunt. 2. Votum tu gravi, & *injusto*. Si enim metus incutiatu naturaliter, ut in periculo morbo, naufragio vel moraliter ob justam causam, ut si Magistrum mortis daminat ad supplicium, nisi Religio vovere vellet v. g. votum validum erit; quia iustè incussus est, & quidem in favorem Rei. Votum metu gravi, & *injusto extortum*. Denim metus incuti directe eo fine ad extorquere votum, ad hoc ut votum invalidet. Quod si alio modo, vel fine, quantumvis gravis, & iniuriantur metus, votum tuum factum val manebit: v. g. si ad evadendum manus latronis inimici mortem minantis, vel intentantis, Deo quid voveas, validum erit votum: quia et si metu, cum metus non fuerit incussus eo fine, voveas: sed occasione metu*injuste* incussi, tunc elegisti votum ad Deum, ut medium evadere eodem prorsus modo, quo in morbo, vel naufrago voveras: quod henè notandum. Atque eadem ratione resolvendum in Matrimonio, sponsalis, iusque contractibus ex metu factis, ut suo loco ciùs est ostensum.

§. IV.

Promissio facta DEO.

30 **P**romissio essentialiter constituenta votum priè dictum *debet esse facta ipsi Deo*, seu directa ad ipsum Deum (saltē ultimate) ita ut per eum homo maneat principaliter & immediate obligatus.

es in for
. Votum
cutiatur
aufragio
agistrat
Religi
; quia n
em Re
um. D
torques
Quòd si
, & in
um - val
latronis
tis, De
ia et si
o fine,
ussi, u
n evadet
el naufr
e eāden
ons salis
; suo loc
votum
, seu dic
ut per o
ate obli

is ipsi Deo. Omnes cum S. Thom. 2. 2. q. 88.
a. 5. ad 3. Ratio est : quia votum est actus Religio-
nis, seu Latriæ, quo homo speciali cultu se Deo ob-
ligat ad aliquid agendum, vel omittendum : homi-
nes enim propriè voventes intendunt præstare im-
mediate Deo obsequium, reverentiam, & cultum
supernaturale. Quòd autem etiam B. Virgini,
& Sanctis vota fiant, intelligi potest omnibus mo-
dis iisdem ferè, quibus suprà juramenta per Sanctos
fieri posse, dictum est. Applico breviter.

I. Sic : ut vota fiant B. Virgini, & Sanctis non
absolutè, & in se, sed ut relatis ad Deum, & qua-
tenus in eis specialiter Deus relucet : adeò ut pro-
missio per suos Sanctos primariò, & ultimè fiat
ipsi Deo : vel, (quod ferè coincidit) quemadmo-
dum Altaria, & Templà dicuntur Sanctis dedicari,
cùm tamen principaliter dedicentur soli Deo, &
secundariò solum in honorem, & memoriam San-
ctorum; ita dicantur vota Sanctis nuncupari, cùm
tamen reverè propriè fiant soli Deo principaliter, &
secundariò solum in honorem, vel memoriam ali-
cujus Sancti. Vel, adhuc faciliùs explicant alii :
Sic, ut votum principaliter fiat ipsi Deo, & Beata
Virgini, vel Sanctis solum ut testibus, Advocatis,
& intercessoribus apud Deum. Sic enim *Suaros*
& alii explicant solemnem vovendi formulam Re-
ligiosorum : *Voveo, & promitto Deo Omnipoten-*
ti, & B. Virgini MARIE, & omnibus Sanctis &c.
sensum habere: *Voveo Deo, coram B. Virgine, &*
Sanctis, tanquam testibus, & Advocatis. Et
sic facta erunt verè vota propriè dicta ; utpotè ve-
rè

190 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. II.
rè ipsi Deo facta , ut etiam notavit D. Thom. 88. art. 5. ad 3.

32 II. Sic : ut vota fiant Sanctis absolutè ad honorem, & co*n*testationem eorum excellentia pernaturalis, gloriae , beatitudinis absque actualitate in Deum, & absque ulla intentione talis se obligandi ipsi Deo , sed solum ipsi B. Virg. vel tali Sancto: & sic non erunt vota propriè dicti actus virtutis Religionis, ut ex se patet ; erunt tan promissiones sacræ & actus virtutis *Duliae*, seu servantiae singularis Sanctis debitæ, atque ex ea *Duliae* vel Hyperduliae virtute obligantes : omnino licita. Si enim B. Virginem , & Sanctitatem possum adorare , seu colere cultu aliquo iis competenti , ut ex dictis in primo Præcepto constat, cur non possum etiam licite eis aliquid imittere ob eorum excellentiam supernaturalem norandam ? promissum autem , præsertim tantum , utique cadet in debitum sacram : ergo Notanda est hæc doctrina maximè propter reservationem votorum. Si enim hoc secundo modo interiam reservatam , utpote continentia perpetua Religionem, peregrinationem, unam ex tribus voveas B. Virginis , & Sancto alicui , votum erit reservatum Pontifici , sed dispensabile ab E scopo , vel Privilegiato.

33 III. Cape hoc practico casu: Puella annorum quindecim cupiens B. Virginis præstare aliquid datum: dicit exprefse : *Sanctissima , & Purissima MARIA! promitto tibi meam virginitatem in perpetuum. Quale nam hoc votum? optimè ponit*

bāt. *Alph. quadrupl. p. 1. de voto casu 10. n. 237.*
 & *Saneb.* Similes puellas, & pueros (casus enim
 valdē frequens) debere reflexe interrogari, utrū,
 quando ejusmodi verba protulerunt, reverā cogi-
 taverint tantum de Dei Matre, & non de DEO? si
 ita affirmant, judicandum est, non esse votum pro-
 priè dictum, nec consequenter reservatum, sed a-
 etum Hyperdulia; sicut & universaliter, quoties-
 cunque constat, eos tali aclu reverā intendisse co-
 lere solūm B. MARIAM Virginem, atque ei soli se
 se imēdiatē obligare, juxta paulò ante dicta. Quod-
 si verò afferant, te quidem tunc etiam cogitasse de
 promissione facienda ipsi DEO, sed solūm ejus Ma-
 tri, etiam tunc erunt censendi non fecisse votum
 propriè dictum; quia nihil volitum, nisi præcogni-
 tum, vel præcogitatūm.

IV. Tandem in dubio; an talis intenderit suā
 promissione se obligare ipsi DEO, an solūm B.
 Virginī, præsumetur se obligāsse, suāmque casti-
 tatem verē obtulisse ipsi DEO ad honorandam ejus
 Matrem, uti resolvit idem Gobat *ibid. casu 1. n.*
 21. Ratio sumendo ex dictis: quia qui profert
 verba verūm votūm significantiā, nisi aliud aliundē
 constet, præsumēndus est verē vovisse, & ipsi DEO,
 et si in honorem ipsius Mātris vel alterius Sancti.
 Atque ex dictis constare debent definitionis votū
 priores particulæ: *Promissio deliberata facta Deo.*
 Particulæ reliquæ: *de mēliori bono objectum,* se i
 materiam votū exprimunt, jam latius explican-
 dum.

SE-

SECTIO II.

Voti Materia.

SUMMARIUM.

36. Materia Voti debet esse vobenti possibilis. Unde

37. Invalidum est votum nunquam peccandi, ne ha-

ter.

38. Validum tamen est votum vitandi omnia mortalia
certa Genitalia &c.

39. Invalidum est votum emissum de facto alieno, unde

unde

40. Filiij non obligantur votis parentum pro se factis.

41. Voti materia debet esse res moraliter bona. Unde

42. Invalidum est votum de re quantumvis bona, faci-
finem malum sufficientem ipsam rem, seu executa-
votiz.

43. Valebit autem, si is afficiat solum ipsum votum seu
tem, non rem ipsam.

44. Item invalidum est omne votum emissum pro re
impertranda, vel jam impertrata, ut illicita est.

45. Secus est, si res illa sit solum conditio.

46. Pariter invalidum est votum de re indifferenti,
Exempla & varia. Adeoque

47. Materia Voti debet esse ac meliori bono; hoc est

48. De re bona, & Deo grata, licet actu impedita op-
lius, modò non excludat & impedit illud apti-
tua ut in illud commutari possit. Unde

49. Usque ad n. 58. Invalida sunt vota omittendi
bona de consilio. 2. honestè ludendi, moderati-
dendi 3. nunquam vobendi. 4 procurandi
patum, Praelaturam &c.

50. Votum Matrimonii, seu nubendi, quando hale-
do non? usque ad n. 63.

51. Votum continentiae & castitatis etiam simplex
communem valet, est vobenti ob assiduas tenta-
& lapsus melior esset status matrimonii.

52. Usque ad n. 67, resolutionis duo casus, in quin-

- Bum continentie ob tales tentationes bidetur non habere.
67. Si una pars voti independenter ab alia promissa, siat incepta, votum adhuc obligat ad partem aptam,
68. Si verò partes voti promissae sunt copulatim per modum unius, tunc si una pars siat incepta, corruit totum votum.
69. Regula juris: accessorium sequitur principale, variis exemplis & casibus explicatur.

ASSERTIO II.

Votum materia debet esse quid possibile voventi: 35 bonum moraliter, ac melius suò per se oppositò, vel jam habitò à vovente: in materia mixta votum valet quoad partem bonam disparatam, alioquin totum corruit. Communis doctrina, ut patebit.

§. I.

Possibile voventi.

Materia voti debet esse possibili, & in potestate voventis: talis nimis, quæ ab homine fieri possit communis concursu, & ordinario auxilio gratiæ Dei. Quæ enim potestatem hominis superant, aut extraordinarium concursum Dei exigunt, aut alias in potestate hominis non sunt, ut opera aliena, ut aliena sunt, sub votum non cadunt. *Est omnium.* Et ratio clara est ex natura voti: votum enim est promissio facta Deo cum intentione se obligandi ad aliquid præstandum: nullus autem potest se obligare ad id, quod non est in sua potestate: quia impossibilitum nulla obligatio: seu, *ad impossibile nemo tenetur.* Et hinc omissis casibus cuilibet obviis, speciatim resolves:

THEOL. MORAL. PARS III.

N

I. In-

37 I. Invalidum est omni jure votum non ad vi
omnino peccandi, nec mortaliter, nec venia
est enim de re moraliter impossibili, spectata
rati fragilitate hominis post lapsum; cum homo
cundum legem ordinariam, & cum ordinatio
cursu, & auxilio Dei non possit omnino omni
catum etiam veniale evitare. Ita communissimi
Navar. c. 12. n. 65. Tolet. l. 4. c. 17. n. 10.
l. 4. c. 5. n. 10. Laym. l. 4. tr. 4. c. 2. n. 2. alii ap
pos; contra tamen nostrum Angles, & alios no
los, qui tenent tale votum omnia peccata ev
alere, & obligare, non quidem ad omnia or
vitanda, sed ad ea, quæ potest: sicut vovens je
totam Quadragesimam, si totam non potest, ut
tamen jejunare partem possibilem. Deinde li
vina naturalis obligat ad omnia peccata ut
quoad fieri potest: ergo etiam lex privata ut
obligare potest. Verum rectè respondet Sanc
negando utramque paritatem. Quia illud je
junandi totâ Quadragesimâ est de tota re
liter possibile, & per accidens tantum forte
fili; quâ impossibili factâ, non constant
trariâ voluntate voventis, intelligitur se obliga
partem possibilem. Secùs est de voto non
peccandi: quod cum sit secundum se de ob
moraliter impossibili, sicut nec ad totum, in
nullam ejus partem obligare potest. Dein p
pta divina non supponunt liberam voluntatem
ministrandi omnia peccata, sed potius pec
facilitatem, & pronitatem: & ideo merito ob

tum nunc ad vitandum omnia peccata quoad fieri potest: vo-
nec venit tum autem liberum deberet continere omnia pec-
spectata cata vitandi liberam voluntatem, & consequenter
cum hom etiam facultatem, seu potentiam moralem, qualis
ordinatio defacto homini non competit.

II. Insuper invalidum manet votum vitandi om-
nia peccata mortalia, & venialia solum ad certum,
præfertim longum tempus, v. g. per integrum an-
num, per totum Adventum, totam Quadragesimam,
ut proinde si, emissô tali votô, nihilominus pecce-
tare, circumstantia voti explicanda non sit; uti con-
tra Navar. n. 34. cum aliis docet Sanch. l. cit. Ea-
dem enim ratio de *semper*, militat etiam de *longo
tempore*.

At validum erit votum. 1. Vitandi omnia pec-
cata mortalia. Hoc enim homini etiam cum com-
muni ordinario concursu, & auxilio gratiae possibile
est. Ita DD. cit. Qui tamen recte monent, etiam
tale votum non esse consulendum, præfertim ho-
mini fragili, cum etiam peccata mortalia, maximè
interna cogitationum, & affectionum, præfertim
in materia odii, & luxuriæ valde difficile omnino
caveantur. 2. Validum est votum vitandi certa
peccata venialia in specie determinata, v. g. nun-
quam mentiendi, nunquam sine gravi necessitate
jurandi, nunquam vel minimum furandi, & his si-
milia, quorum evitatio non est valde ardua. Secùs,
si esset valde ardua: ut nunquam otiosa cogitandi,
nunquam distrahendi in Oratione, ob eandem ra-
tionem suprà datam &c. At si quis voveat solum

N 2

in-

indeterminatè aliqua , vel pleraque peccata
 Certè votum nullum erit, quia quocunque per
 veniali assignato, non erit major ratio de illo,
 de alio quocunque. Simile est de volente cor-
 re aliquot hostias ex pluribus appositis , & no-
 terminante quales. 3. Validum est votum
 nullum omnino peccatum veniale cum plena
 beratione patrandi. *Suar. & Laym. citi.* Quia
 fragili homini possibile non sit vitare omnia
 venialia, quæ sunt ex subreptione ; possibiliter
 est cum ordinaria gratia Dei , ut in nullum
 peccatum, etiam veniale , cum plena delibera-
 trum
 ex proposito & quasi merâ liberâ malitiâ con-
 quale votum emissum legitur à pluribus voto
 Etis. 4. Similiter est validum votum adhibendire et
 ciale curam diligentiae vitandi omnia peccusatu-
 am venialia : hoc enim moraliter fieri potest. IV.
Sanch. cit. n. 13.
 Nam p

40 III. Invalidum est omne votum directè entrabi-
 de facto alieno , ut alieno , & distincto à factu que-
 prio ; non item indirectè emissum de facto alio-
 ut procurando per factum proprium, adeò ut cum
 directè de ipso facto proprio emittatur : v. g. i voto
 us quis Religionem ingrediatur , peregrinat vivit
 instituat, eleemosynam det, certum vicium emere
 &c. nullus directè vovere potest, quia factum parent
 rum alterius non est in potestate voventis : Tertè
 indirectè potest vovere talia , ut scilicet co-
 ur rati
 t nota



propriō procuranda; ita ut directē solūm voveas,
ante omnem moralem diligentiam adhibitum, ut
de illo, alterum disponas, inducas, & persuadeas ad tale
opus exequendum: obligaberis tali voto ad hujus-
modi diligentiam adhibendam seriō, & absque
votum fraude. Quòd si alter nihilominus nolit, tu voto sa-
um plenārī tisfecisti, & liber manes. Idémque est de juramen-
to in simili casu; ut latè, & optimè probat Sanch.
omniap. l. I. de matri. disp. 24. & lib. 4. moral. c. §. n. 9.

Atque hac ratione intelligenda sunt vota Paren-41
tum filios, vel filias Religioni voventium: item Pa-
deliberatrum familias, dum vovent, ut familiæ certis vigiliis,
& festis jejunent, & consiteantur, communicent &c.
ibus viii. Vovent enim directē solūm de facto proprio, & in-
adhibent directē de facto alieno, suo scilicet proprio facto,
nia peccusatu, vel jussu procurando.

ri potell. IV. Consequenter filii v. g. non obligantur vo-42
ntiā, & nōtis parentum, qui eos ad Religionem voverunt, ni-
te labans ratificant, sīcque votum Parentum suum efficiant.

Nam juxta regulam juris: *Ratihabitionem retro-*
directē entrabi, & mandato equiparari, non est dubium. Sed
eo à factu que ratificare tenentur, quamvis id eis cōsulenta
e factu alidum sit; maximè quando ejusmodi votum in ipso
, adeò utrum commodum efficaciter esset editum; ut si ta-
tur: v. g. i. voto eis sanitas in gravi morbo, vel etiam ipsa
eregrinatio vitas impetrata sit à parentibus: tunc enim sal-
vitum enim ex æquo, & bono deberent ratificare votum
quia factum parentum, tanquam negotium sibi utiliter gestum.
venit: Tertè secundūm jura in foro externo quilibet cogi-
licet tuor ratificare negotium sibi utiliter ab alio gestum:
t notat Gob. cod. Alph. I. cit. Cæterūm qualiter

N 3

vota

vota communitatis, Religiosorum, & aliorum
gent successores, videbitur *Sect. seq.* Item
filiis familiæ, impuberes, Religiosi, Uxores,
sub aliorum potestate constituti, valide vota
sint, vel non possint eadem opera, videbim
cùm dè irritatione votorum. Item quid age
quando quis emittit duo vota incomposita
eodem tempore, dicam mox §. 4. ubi de
mixta ex possibili, & impossibili.

§. II.

Bonum moraliter.

43 *V*oti materia debet esse res bona morum
comprehendendo & actus bonos politi
omissiones actuum malorum, & minus bona
ut abstinentiam à vino, lusu, matrimonio.
solum comprehendit actiones, vel omis-
siones, quæ sunt in consilio, ut eleemosyna,
&c. sed etiam quæ sunt sub præcepto natura-
positivo: ut singulis diebus festis audire
non fornicari &c. communis DD. cum D.
2. 2. q. 88. a. 2. Ratio hujus est: quia cum
tas præcepti non sit simpliciter, sed solum ex
sitionefinis: nimirum si peccatum homo
gratiam conservare, & salutem consequi ve-
ta illud Salvatoris: *Si vis ad vitam ingredi*
mandata: ut proinde voluntas simpliciter
libera ad tale opus præceptum, vel prohibi-
ciendum vel omittendum: aut econtra: id
*& rationabiliter voluntas potest se magis ut ger-
minare per votum, voluntarie Deo factum,*
opus præceptum faciendum, vel prohibi-

tendum, adeò ut dupli obligationis vinculo astrin-
zatur, & generali obedientiæ, ratione præcepti, &
speciali vinculo Religionis, ratione proprii voti.
Neq; enim obstat, eandem rem ex diversis obliga-
tionum capitibus debitam esse; ac debitorem pluri-
bus, ac diversis vinculis adstringi ad idem, ut notant
DD. in L. scire, §. Si à fure. ff. de verb. oblig. Con-
sequenter quóque transgressio talis voti, v. g. for-
nicatio, duplex peccatum erit, & contra continen-
tiā juris naturalis, & contra Religionem proprii
voti.

Excluditur ergo à materia voti validi, in primis 44
omne opus malum, sive intrinsecè malum, ex natu-
a sua, ut occidere, fornicari, furari &c. sive extrin-
secè, ex prohibitione legis tantum, ut die festo non
audire Sacrum, die jejunii vesci carnibus &c. Item
ive illud opus sit malum ex natura, & objecto suo;
ut in allatis exemplis: sive solùm ex circumstantia:
si voveas peregrinare in die festo, vel jejunii, sic
impediatur majus bonum præcepti Ecclesiastici
e audienda Missa, vel servando jejunio: &c. vo-
lam irritum erit; excepto casu, quo talis peregrina-
lo majoris momenti foret ad Ecclesiæ utilitatem,
d honorem Dei, vel salutem animæ, ut præcepto
Ecclesiæ incompossibili, ac proinde in tali casu non
obliganti, præponi possit. Ut etiam notavit
anch. cit. c. 6. n. 2.

Inter circumstantias autem votum affidentes po- 45
issima est finis intentus: pro quo recole obiter: si-
ut generaliter duplex est finis, *alius intrinsecus, &*
situs operis: alius extrinsecus, & solius operantis:

ita in proposito, aliis est finis intrinsecus voti, ad quem scilicet opus voto promissum sua ordinatur: aliis est finis extrinsecus suis voventis tantum, ad quem scilicet opus promissum non ex natura sua, sed ex liberis arbitrio ordinatur. Cape exemplo scholasticus jam tertio anno Grammatices infessor, vovit B. MARIÆ Virgini singulis Sabbatibus confiteri, ut ejus patrocinio impetrato, hoca altiore classem ascendat, sicutque Parentum sam, & apud alios confusionem deviret: intrinsecus voti est reconciliatio cum Deo, das conscientiae: finis autem extrinsecus, & voventis tantum, varius fuit. 1. Imperatus Virginis patrocini: 2. Ascensio ad altiorsem. 3. Evitatio offensae parentum, conf. &c. Et de ejusmodi fine extrinseco, & voventium hic sermo est. Ubi duo sunt exp. Unum qualiter finis malus inficiat votum, bonum, & de re bona. Alterum econtra: quis bonus perficiat votum, alioquin de re inde factum. Nam de re mala votum factum post perficere finem bonum, nimis certum non aliquas claras Regulas.

R E G U L A I.

46 **I**nvalidum manet omne votum emissum quantumvis bona, ob finem malum affectum ipsam materiam promissam seu executionem utpote, quando vovens intendit per ipsam promissam consequi illum finem malum. *apud omnes.* Ratio est clara: quia tunc

promissa redditur mala ex illo pravo fine intento, ut sine peccato executioni mandari non possit: ideoque verè votum est de re mala, nec acceptabilis Deo materia voti. V. g. Voves eleemosynam dare, Templum ædificare, ut ipsa eleemosynæ largitione, aut Templi fabricâ vanam gloriam apud homines aucuperis: voves dare eleemosynam pauperi puellæ, ut eâ largitione ad turpem consensum inducas: voves Templum frequentare, ut ibi oculos luxuriosè pascas, &c. vota nulla sunt, & peccata, pro ratione materiæ, seu finis mali intenti; quia ibi finis malus mortal is, vel venialis afficit ipsam materiam voti, seu executionem operis promissam; quippe per ipsam executionem operis promissi assequendi, quod bene notare debes.

REGULA II.

VAlidum manet omne votum emissum de re⁴⁷ alioquin bona, etsi ob finem malum afficiendum solùm ipsum votum seu voventem, & nullo modo ipsam rem promissam; ita nimis ut vovens intendat consequi finem illum malum, non per rem votò promissam, sed solùm per ipsum actum voven di. Ut si quis coram multis præsentibus, aut laudaturis aut miraturis, vovet eleemosynam magnam, peregrinationem, ædificationem Templi: aut (quod non rarum) Professionem solemnem emittas, atque ipso actu vovendi vanam gloriam, laudemque hominum captas, vel aliud quid simile vitiosum, de cætero tamen vota tua redditurus Deo debito modo: votum ejusmodi omnino validum erit; quia de re bona, & ab illo pravo fine minimè infecta, sed li-

N 5

cite,

citè, & sanctè implenda : attamen ob ipsum va
gloriæ finem præfixum, venialiter saltem mal
ideóq; vacuum meriti ; similiter discurrendum u
milibus, dummodò semper intelligatur verè finis n
lus, seu causa finalis, & principalis motiva vovere
adeò, ut quia positivè alioquin nollet vovere,
talem finem ; sic enim votum malum erit. Se
dicendum, quando vana gloria, vel quid simili
tiosum non est finis, seu causa finalis motiva,
solum causa impulsiva secundaria vovendi, sine
nimirùm quis alias solum non vellet vovere,
non excitaretur, moveretur, vel impelleretur
vovendum : attamen defacto excitatus vanâ gloriæ
vel simili causa, voves eleemosynam, perigrina
nem, &c. cum aliis debito modo, principaliter
honorem Dei, & salutem tuam, votum sane licet
& validum manebit, non obstante causâ secundaria
impulsivâ vitiosâ, ipsum tamen votum minime
ficiente. Quod sanè valde est notandum.

Certè plerique etiam Religiosi, maximè Tyrones
sæpiissimè operantur moti aliquâ vanâ gloriæ
excitante, vel saltem concomitante, titillati, sed q
non ut causâ motiva finali, sed impulsivâ tantum
ipso opere, alioquin ritè facto ad gloriam Dei
boni operis mercedem non perdunt. Eodem
modo discurre de metu poenæ, & cape casu pa
culariore,

48 Voves Religionem aliquam, quia in ea laudatur
vitur, aut Religionem Carthusianam ex inordi
appetitu vescendi bonis piscibus. Siquidem laudatur
illa, vel esus piscium sit solum causa impulsiva
votum.

vendi, sine qua aliás non fuisses motus ad voven-
dum, vel saltem tam propè non voveres, votum
tuum & validum, & licitum manebit: sin verò sit
causa finalis, & principalis motiva ipsius voti, sine
qua aliás positivè nolles vovere, votum quidem va-
num & illicitum, attamen validum erit, quia de re
licita, & sancta, &, ut suponitur, sanctè implenda;
non enim votum tuum terminatur ad ipsam lauti-
tiam, seu esum piscium vitiosum, sed ad talem Re-
ligionem, & Regulam debitè servandam, et si moti-
vo vitioso impellente ad vovendum. Denique si lau-
titia illa esset causa finalis motiva, ac finis ipsius rei
promissæ, seu per ipsum ingressum, ac professionem
talis Religionis assequendus, ita ut ideo præcisè vel-
les ingredi, ac profiteri talem Religionem, ut eā
lautitiā fruaris, jam votum nullum erit, quia de re
vitiosa ex fine malo, & vano præfixo ipsi rei pro-
missæ juxta primam regulam. Ergo jam iterum vi-
des verum esse, omne votum de re illicita esse invali-
dum; at non omne votum illicitum invalidum esse:
quia licet votum sæpè edatur malè, poterit tamen
servari benè, & aliundè etiam potest esse votum va-
lidum, et si sit summè illicitum: ut patet exemplo
filii, qui sciens patrem ægerrimè laturum, si fiat
Religiosus, fortè verberatus à parte, ut ei dolorem
inferat, & se vindicet, volet, vel jurat coram illo, se-
fore Monachum: graviter sanè peccat contra pieta-
tem parenti debitam, valet tamen votum, si impel-
lente licet verberatione paterna, & vindictæ cupidi-
tate, tamen votum illud ritè edat ad honorem Dei,
uti observat Gobat hic casu 2. n. 77.

RE-

REGULA III.

49 Invalidum specialiter est omne votum emulū ad consequendum, vel impetrandum ab ipso rem illicitam, quatenus illicita est: aut in gratu actionem pro obtentare illicita, quatalis est, datis exemplis, si voveas eleemosynam ad va gloriā, sive ad laudem hominū ab ipso Deo curandam: si voveas Deo eleemosynam, seu nūm, sacræ Religionis ingressum, ad impetrā victoriā in lite, duello injusto, ad lucrum in vel contractu injusto, ad injustam vindictam a mico sumendam, ad impetrandum illicitum cubinatum personæ concupitæ. Item, si men voveat partem quæstūs meretricii; aut usū partem lucri iniqui dare pauperi in eleemosyna vel Ecclesiæ ex intentione vel movendi Deum majorem horum proventum tribuendum, gratiarum actionem talium proventuum, velud attributorum, ut ex communi docent Suar. c. 8. Sanch. c. 6. n. 16. & 21. Laym. c. 2. n. 7. Etiā est: quia dare eleemosynam, vel quodvis bonum facere ad impetrandam à Deo rem illicitam vel iniquam, vel in gratiarū actionē pro tali re cīta, velut per Dei speciale auxilium acquisitā, non est actio bona, sed mala, & blasphemā: quālis, quantum est in se, Deum authorem peccati confequerter nec licet, nec validè voveri potest.

50 Dixi autem notanter: cum intentione impetrādā, vel gratias agendi, & quatenus illicita est. Non cessante tali intentione: per modum puræ contationis, absolute vovere eleemosynam v. g. Si

micum occiderit, quæstam turpem, vel iniquum fecerit, &c. validum erit votum: quia patrato homicido, vel lucro turpi acquisito, dare eleemosynam, res bona est, & benè impleri potest. 2. Verum, seclusa intentione illa, solum per modum pœnæ vovere eleemosynam, vel quodvis bonum, si aliquod delictum commiseris, v. g. fornicatus, vel pollutus fueris, &c. votum validum, & licitum, immo sanctum, & meritorium est, ut notat DD. citt. 3. Etiam cum intentione impetrandi à Deo rem, vel gratias agendi Deo pro re, quæ reyerâ est illicita, non tamen quatenus est illicita, sed quatenus aliquid licitum, ac donum Dei continet, vovere aliquid bonum, validum votum erit, et si ratione adjunctæ malitiæ illicitum. v. g. voves Deo eleemosynam, si in duello occisus non fueris: si ex adulterio prolem non suscepis: aut si fæmina in fornicatione, nullâ prole suscepta, infamiam evitaverit, &c. vota valida sunt: quia licet málum sit hominem occidere, velle vincere in duello injusto, adulterari, fornicari, &c. attamen in duello incolumem conservari, ex aliena prolem non suscipere, infamiam evitare, reverâ non malum, sed bonum, donum, ac beneficium Dei est, ad quod proinde impetrandum, vel in gratiarum actionem pro eo impetrato eleemosynam v. g. dare, sicut bonum & honestum est, ita materia voti valida esse potest. Vide *Navar. Laym.* alios citt. Denique ex dictis solves hunc casum: Barbara videns filiam ab amasio imprægnatam, vovet B. Virginis mille aureos, si filia ante partum moriatur, ad avertendum nimirūm grande familiæ dede-

CUS.

cus. Filia econtrà vovet Deo , nisi ipsam pare
permittant nubere amasio, cui nuptias promile
se non nupturam ulli alteri. Quid de utroque
voto ? Resolvit rectè Paulus Comitulus refor
rum moral. lib. I. q. 15. votum matris fuisse
lidum , quia impium : volebat enim impiâ fu
missione inducere Deum , ut non solùm filia
etiam innocentia fœtui ante Baptismum , vita
meret. At verò validum votum fuisse filia
de re honesta , nec quidquam indecens appar
illo voto.

REGULA IV.

Si invalidum, & nullum est omne votum de
nino indifferenti, quatenus indifferentes esse
omnino vanum, ac inutile , nec honestum, nec
gratum esse poterit. At contrà validum evader
modi votum , si fine , vel circumstantiâ bon
ditâ, res indifferentis bona , ac Deo grata ex
Omnis. Exempla obvia sunt. 1. Anna nobili
trona voto se obstrinxit Deo , nunquam spue
Ecclesia. Si nihil addatur , certè vanum , & nu
votum apparebit : certò tamen validum, De
gratum votum pronuntiandum est , si Matroni
sputationum omissionem vovit, ne suis sputis fa
ret Ecclesiam, cum nausea, offendiculo, vel malo
emplo aliorum. 2. Regulariter nullum, & van
est votum muliercularum non nendi, 'vel fila
cendi die Sabbati in honorem B. MARIAE Virg
relicta interim sibi , & suis facultate aliis servir
operibus laborandi; cùm non nere sit omnino in
ferens , nec specialem ullam proportionem hab

ad cultum B. Virginis. At validum erit votum, si persona vovens, v. g. esset nimis affecta ad nendum, sicque voebeat non nere, ut interim orationi, aut aliis exercitiis vocare possit. 3. Similiter nulla, & vana sunt vota non vescendi capite animalis in honorem S. Joan. Baptistæ: aut in festo S. Laurentii non comedendi carnes assatas, relictâ interim sibi facultate veseandi aliis carnibus æquè, vel magis delicatis ad satietatem, vel etiam ingluviem. Ita Navar. *in man. c. 12. n. 28. & 37. Tolet. l. 4. c. 17. n. 14.* aliisque citatis, Sanch. *l. 4. moral. c. 7. n. 6.* Laym. *tr. 4. c. 2. n. 8.* Qui duo rursus rectè monent, validum fore tale votum, si vovens nimis affectus sit ad tale ciborum genus, & ideo mortificationis ergò vovet Deo abstinere ad talis Sancti honorem: tunc enim abstinere à tali cibo, opus bonum erit, aptumque ad Sancti honorem; adeoque materia apta voti: alias minimè. 4. Nullum & vanum est votum non intrandi certam domum; vel non ludendi cum tali persona, relictâ sibi libertate ludendi cum aliis. At validum erit votum illud, si justa subsit causa: utpote si ex tali domo, vel cum tali persona certum periculum peccati, dissidii, iuriorum, &c. timeatur. Ita DD. citt. Nam licet non intrare talem domum, aut non ludere cum tali persona absolute sit indifferens; at verò non intrare, vel non ludere velle ad evadendum certum peccati periculum, omnino opus bonum est ex fine honesto, adeoque apta materia voti. Votum nunquam ludendi plerumque validum est; quia plerumque

que concipitur honesto fine, ut nimis bonorum
prodigalitas, aliisque peccata, vel damnata evitentur
ut animus tali obligatione abstinentis expeditior
ad vacandum Deo, vel officio suo. Ex communione
Navar. l. 3. consil. 3. 6. de *voto*, edit. 2. Suar. lib. 2.
8. n. 7. Sanch. l. 1. de *Matrim. disp.* 4. num. 1.
Excipe tamen: nisi constaret votentem nullam habuisse
honestam intentionem, vel finem bonum abstinendi
ab omni lusu: tunc enim rursus volumine
ane erit, & nullum. Sed tu revide, & ad verbum
omnitemodis hoc refer dicta c. 1. n. 43. de juramento
non ludendi, eadem enim est ratio de non ludendo
voto. *Tandem*, invalidum, & nullum est votum
etiam rei bona, & honesta, tamen ob finem omnino
indifferentem, & temporalem, vel non ut impetrandum
a Deo per illud opus bonum, sed potius
ut naturaliter consecuturum: ut si voveas jejunitiam
abstinentiam a vino, vel cibis certis laetioribus,
die tantum semel comedere, eo præcisè fine ut
lupibus parcas, vel sanitatem naturaliter conserves
vel recuperes: vel etiam ad impetrandum quid a Deo
per illud opus bonum, sed tamen a Deo rationabiliter
non postulabile: ingentes divitias, lucra in ludis, una
re omnium pulcherrimam &c. At contraria valebit votum
tum, si quis jejunia, orationes, eleemosynas Deo vovet
tanquam mediū impetrandi a Deo etiam bona tempore
alia, & indifferentia, honeste tamen, & rationabiliter
petribilia a Deo, ut sanitatem corporis, divitias
congruas, utile matrimonium, officium, vel beneficium
bonum, &c. vel ad gratiarum actionem pro
similibus impetratis. *Omnis.* Ratio: quia ha-

Deo t
Autho
bonur
non in
fuisse
de ma
& ad
ope in
sem.
oden

Et

M
requi
votum
volunt
grati
melius
quent
& se o
majori
opposi
magis
noris
erit. It
non in
Da

Deo tanquam omnium, & eorum etiam bonorum Authore petere, vel pro impetratis gratias agere, bonum & honestum est, id eoque materiam voti non inservient. Et hinc tandem concludes, validum fuisse votum Patricii nostri Grammatici, quia, & de materia sancta, scilicet confessione Sabbathina: & ad finem minimè malum, scilicet ob B. V. M. ope impetrandum à Deo ascensum ad altioreni classem. Vide plura pulchra, & curiosa apud Gobat eodem casu toto.

§. III.

Et melius suō per se oppositō, vel jam habito à Rovente.

Materiam voti validi debere esse *de meliori*⁵² bono, ipsa definitio voti loquitur, & omnes requirunt cum S. Thoma cit. a. 2. Et Ratio est: quia votum est promissio facta Deo: Deo autem (cujus voluntas est sanctificatio nostra I. ad Thessal. 4.) gratius est, & magis placet opus, quod majus, & melius est, quam oppositum minus bonum: consequenter Deo acceptum non erit, si homo voveat, & se obliget ad faciendum minus bonum, omissa majori: quia hoc ipso se obligare ad omittendum oppositorum, quod majus, & melius est, & DEO magis placet: ergo tale votum, vel promissio minoris boni, velut Deo non acceptum, invalidum erit. Itaque per melius bonum, materiam voti validi, non intelligitur opus melius quocunque alio bono

TREOL. MORAL. PARS III.

O

opere

opere diverso; sic enim nullum votum valeret, factum de opere omnium perfectissimo, quod tamen aliud melius esset: sed intelligi debet meus perfectius *suo per se opposito*, utpote contristorio: sic votum dandi eleemosynam valet, non dandi, non valet: quia melius est dare, non dare. Item votum non nubendi valet; nubere non valet (de quo mox) quia melius est non nubere quam nubere, &c. *Veljam habito à votente.* sacerdotalis, etiam Clericus, licet vovet quam Religionem, etiam minus strictam, seu laxam, quilibet Religio melius bonum est, quam iuramentum à votente. Sic existens in Religionem, validè vovet strictiorem: quia hoc est melius, habitus à votente: ècontrà existens in Religionem, strictiore non validè vovet minus strictam: quia cùt hoc sit majus bonum suo opposito, est tamen minus bonum illo, quod jam habet votens. Eadem ratione, cùm dicitur materiam voti validi debent esse non impeditivam majoris boni: non debent intelligi de majori bono quocunque: sed non impeditivam majoris boni, quod defacto habet votum quando vovet, ut patet in exemplo modo dare.

53 Justa est ergo Regula assignata communione Doctoribus ex Sanch. l. 4. c. 8. n. 40. Votum lidum esse, si habeat materiam bonam, & Deo tam, licet *actu* excludat, vel impedit aliquid dignius, Deoque gratius, dummodo non ex*aptitudine*, ut in illud commutari possit. Sic dum est votum v.g. perpetuò peregrinandi, servandi infirmis, &c. et si enim hæc actu excludantur.

valere, tplex majus bonum, v.g. statum Religionis; non
quod, quo tamen excludunt aptitudine, quin statim in illud
ebet me majus bonum arbitrio voventis commutari possit.
te contr His notatis, adferamus aliquot exempla.

n vale. I. Invalida sunt vota omissionis cuiuscunq[ue],⁴
dare, q[ui] operis boni, quod est in consilio: ut non ingredi
let; n[on] Religionem, non jejunandi, non dandi eleemosy-
non n[on] nam certis pauperibus, non fidejubendi, non mu-
tuandi indigenti, &c. quia in his gratius est Deo o-
pus, quām ejus omissio: adeōque votum simpliciter
est de minori bono, minūsque accepto Deo; neque
de hoc dubium esse potest. Sed vide, & huc refer-
in simili dicta suprà c. 1. Sect. 2. de juramentis
melius, b[ea] promissoriis.

II. Invalida sunt vota ludendi honeste, come-⁵⁵
dendi moderatè; contrà verò valida sunt vota non
ludendi, abstinenti, seu jejunandi, &c. quia licet
ludere honeste, comedere temperatè, sint actus
boni, & honesti; eorum tamen, ac similium de-
debet in lectionum carentia, vel abstinentia melior, & Deo
gratior est, majorisque virtutis & meriti existit. Ita
communis cum Suar. l. 2. de voto. c. 8. n. 7. Sanch.
I. de matr. disp. q. n. 5. Laym. cit. n. 11. in fine.
Excipe: nisi ejusmodi vota emittantur conditionate:
V. g. voveo, si lusero, honeste, & sine fraude, vel
& Deo contentione me lusurum: quoties comedero,
aliquid temperatè me comedetur. Tunc enim materia
voti non est ipsum ludere, vel comedere, sed ipsa
honestas in ludendo, vel comedendo, quod sine
indis, servit dubio melius est suo opposito, ut notant Suarez.
& Laym. citt. Itaque voto de ludendo honeste v.

O. 2.

g. duo

g. duo opponi possunt: 1. Non ludere omnium respectu hujus, utpote melioris, votum ludendi nestè, nullum est. 2. *Iuderc in honeste cum fratribus & rixis, &c.* & respectu hujus, utpote deteriorum votum ludendi honeste validum est, & virtutem gativum est, scilicet non committendi in honestate in lusu, comedione. &c.

56 III. Votum nunquam vovendi utique invalidum, cùm absolutè sit melius vovere, quām nunc vovere: at certè validum erit votum non vidi indiscretè, temerariè, sine consilio Confessarii, quia vovere cum tali cautela honestum est ad tutem Prudentiæ spectans, ac melius, quam oportetum. E.g. Aliquis expertus se esse valde num, multisque votis se intricasse, quorum primum pœnitentia, vovit, se postea nullum omnino votum editurum, nisi cum consilio, vel approbatione prudentis Confessarii, omnino validum votum: quia est de objecto bono, & melius opposito: multò enim melius est non vovere homini, nisi cum consilio Confessarii, quam rite seu male vovere, Ita *Sylvester, Azorius, Sanch. & Laym. citi.* At quid, si talis illud vovere postea transgredieretur, v.g. inconsulto Confessarii, vovens abstinentiam à vino, vel ingressum Religio? R. Si memor voti prioris, utique peccat contra Religionis virtutem, pro ratione materia mortaliter, quia transgeditur votum sciens gravi, quod antea valide, & licite conceperat nihilominus illud votum posterius, contra votum, illicite editum, de abstinentia à vino.

validum est, & obligat, ut rectè docent cum aliis Sanch. & Laym. citt. Quia ad valorem voti non requiritur, ut licitè, & sine peccato fiat, sed sufficit, quod haheat objectum bonum, & melius suo opposito, quod contingit in nostro casu. Excipiendum tamen, nisi talis in priori voto non amplius voven- di inconsulto confessariò haberet expressam volun- tatem, se nolle imposterùm ullum suum votum es- se validum, nisi cum tali circumstantia, ut nimi- rum cum consilio, & approbatione Confessarii fiat: vi enim talis voluntatis vota sequentia sine tali cir- cumstantia facta erunt invalida, donec ea voluntas expresse, vel tacitè seu virtualiter revocetur. Vir- tualiter autem seu tacitè revocari censembitut, eò ip- so, quo quis memor illius voluntatis prioris, nihil- ominis postea voveat aliquid: tunc enim valebit votum posterius: hoc enim ipso prior voluntas re- tractatur, quando contrarium deliberatè agitur, ut rectè docet Laym. cit. in fine. Insuper Sanch. l. 4. c. 8. n. 21. negat valere votum nunquam petendi di- spensionem illius voti, cum sine dubio casus pos- sit contingere, in quo homini melius esset petere dispensationem, quam non petere. Et esto valeat (ut contendit Castro-Palaus apud eundem Gobat.) certissimò tamen tale votum manebit dispensabile ab habente potestatem ordinariam, vel delegaram, jure vel privilegio, cui utique vovens, privatâ suâ voluntate præjudicare non potuit: quod valde no- tandum contra scrupulosos criticos, etiam mihi non semel occurrentes.

IV. Invalidum est votum procurandi, vel susci- 57

O 3 piente;

piendi; at verò validum est votum non procum

- culum

vel suscipiendi Episcopatum, vel aliam Prae*votum*
ram, aut Dignitatem, nisi quatenus obedientia*rentia*
prioris, publica necessitas, ac lex charitatis ad O*re*
exigeret: tunc enim prius validum, quia de me*restant*
bono; posterius vero votum invalidum es*set*, & Cal*bonis moribus repugnans*. Ita contra Sylvestri
Navar. Azorium, alios, rectius docent, & di*guunt* cum D. Thoma 2. 2. q. 18 s. a. 2. ad 3.
que relatis Sanch. l. 4. c. 8. n. 37. Suar. l. 2.
n. 10. & patet ex praxi virorum bonorum,
mē etiam Societatis JESU. *Ratio est*: quia i*lute*, &
juxta Apostolum 1. Timoth. 3. v. 1. Si qui rinth.
scopatum desiderat, bonum opus desiderat; ne Trid. I.
tamen est homini, & tutius ad humilitatis s*seculari*
diam, & ambitionem excludendam, non app magis
ejusmodi dignitates. Dicitur quidem Episco*doce*t
status perfectionis, & perfectior Statu Religi*per se*:
sed intelligendum est non formaliter, quasi Ep*Prin*
hatus hominem formaliter constitut*at* in statu ex aliq*u*
fectionis, aut ad perfectionem consequendam votum
tūm per se promoveat; sed suppositivē, quod ob gravi*c*
eminentiam requirat, & presupponat perf*proli*s*e*
nem in suscipiente: ut post alios recte responde*test*; tu*tu*
Laym. cit. c. 2. in fine. Atque hinc infert Suar. valide*Reipub*
etiam votum non suscipiendi beneficium, vel qu*ex eo*
cunque regimen animarum, ratum esse; quia ei*ex eo*
in his dictum periculum adest. At verò votum *um*, v*um*
suscipendi sacros Ordines irritum es*set*; quia & Cathol*hi*
dinum susceptio, maximē ob annexum votum *xc.* hi*statis*, majus bonum est, & non affert illud*anioniu*
cultu

n procul culum. Sic Suarez. Certè tamen putarunt, & hoc
am Præ votum validum esse, si finis sit humilitas, & reve-
bedientia Sacrorum, qualem, respexit S. Franciscus
aritatis ad Ordinem Sacerdotii nolens ascendere. Sed
via de me restant specialia explicanda de voto Matrimonii,
n esset, & Caſtitatis.

Votum Matrimonii.

Ordinariè per se invalidum est votum de Ma-⁵⁸
trrimonio ſuscipiendo: quia non eſt de meliori
bono, cùm ſtatus ipſe oppofitus continentiae, &
castitatis in cœlibatu, ſacro Ordine, Religione, abſo-
lute, & ſimpliciter melior ſit. Teſte Apoſtolo 1. Co-
rinth. 7. ac velut certum de fide definiſt in Conc.
Trid. ff. 24. Can. 10. quia ſcilicet animum à curiſ
ſecularibus, & carniſ voluptatibus liberum, ac
non apparet magis expeditum reddit ad vacandum Deo, ut clarè
docet Apoſtolus 1. cit. Dixi tamen: ordinariè &
per ſe: exciendi enim ſunt caſus.

Primus. Quoties alicui obligatio Matrimonii ⁵⁹
ex aliquo præcepto incubit, validum quoque erit
votum de illo contrahendo. E. g. cùm quis absque
quod ob gravi danno, injuria, infamacione ſponsæ, vel
perfeſt proliſ ex ea ſuceptæ, à ſponsalibus resilire non po-
tè reſpoſt; tunc ſicut ex iuſtitia obligatur eam ducere, ita
validè idipſum vovebit. Item, ſi Matrimonium
Reipubl. valde utile futurum existimetur: utpote,
quia ex eo Pax inter Christianos Principes, hæretico-
rò votum, vel infidelium conversio, Ecclesiæ, ac Fidei
Catholicæ conservatio eventura ſit, vel ſperetur
his & ſimilibus caſibus validè vovetur Matri-
monium, vovēnsque obligatur: quamvis ibi mate-

216 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. II.
ria voti non tam sit Matrimonium ipsum; quam
num commune, vel jus alterius. Communis
Suar. Laym. citt.

60 Secundus. Qui vovit se ducturum puellam pa-
perem incautu folius pietatis, & misericordiae, ob-
gatur voto; non quidem absolutè, ut eam omni-
ducat, cùm ipsi voventi absolutè melius sit non
cere, quam ducere, sed conditionatè, si nimis
quam ducere velit, ut hanc ducat; seu ne al-
ducat, quam istam. Hac enim ratione melius, mag-
que meritorum est voventi ducere istam pa-
rem, quam aliam opulentiorem: eaque ratione
istam ducendam etiam ab Episcopo compelli pos-
si votum notorium sit. Ita (contra meum Sua-
l. I. de Matr. diss. 4. n. 12.) Suar. l. 4. c. 9. n.
Laym. cit. c. 2. n. 12. in fine. Alii communis
Ubi tamen iterum materia voti non est tam Ma-
rimonium, quam opus misericordiae, ac pietatis
pauperem puellam, ut notant iidem DD. Inter-
tali voventi in omni foro externo & interno
rum manet eligere Religionem, Sacros Ordines
Statum coelitatis tanquam perfectiorem.

61 Tertius esse solet. Qui expertus credit se
posse continere, & ideo vovit Matrimonium:
men probabilius talis non obligatur voto absolu-
tummodò paratus sit adhibere alia remedia. Ita
Sotum, & alios Laym. l. c. Ratio: quia votum de-
esse de meliori bono: sed status Matrimonii talis
mini absolutè melior non est (alioquin sequeret-
quod si talis homo tunc votum continentiae emul-
ret, illud esse invalidū, utpote non de meliori ba-

quod est contra communissimam, ut mox patebit) sed solum melior est illi status matrimonii conditionate, si nimis nolit adhibere alia remedia continentis: non ergo obligat tale votum absolute, sed

Quartus: Obligat solum conditionate: videlicet si in tali statu peccandi perseveret, si non media efficacia adhibeat, & tamen cum Dei gratia adhibere possit, adeo ut talis homo aliud vovere censendum non sit, quam hoc saltem remediuū incontinentiae adhibere, scilicet matrimonium, si aliud melius adhibere nolit: quanquam etiam hoc melius cum Dei gratia adhibere possit, & si firmo proposito adhibere statuat, voto liberatur. Sic intelligendum illud Apostoli I. cit. *Melius est nubere, quam uri.* Non dixit absolute: melius est nubere, quam continere: sed ex hypothesi praemissa: *Si se non continent, nubant: melius est enim nubere, quam uri.* Sic explicant SS. PP. D. Hieron. in Apolog. contra Jovinian. ad Pammach. *Melius est maritum ducre, quam fornicari.* Et auctor comment. apud S. Ambros. in eundem locum: *Viri est desideriis agi, vel vinci.* Cum enim voluntas desideriis carnis consentit, uritur: Nam desideria pati, & non vinci, illustris viri est, & perfecti. Ita communis DD. apud Laym. cit.

Votum Continentiae, & Castitatis.

Sanctissimum, & sine dubio validum est votum 63, castitatis, & continentiae perpetuae tam simplex, quam solemne. At quid si vovenis vel jam astrictus voto Castitatis patiatur gravissimas difficultates, tentationes assiduas, lapsus frequentes, adeo ut om-

nino videatur ipsi votum Castitatis esse de mino bono, sed Matrimonium potius esse de meliori bno ? quales, prò dolor ! frequenter sunt in Sæculi in Claustro, in Clero, perpetientes tam atrocem tribulationem carnis, ut quamvis alioquin alieni omni alio peccato mortali, relabantur tamen perapse, & post seria, & frequentia integræ emendationis proposita succumbant fœdissimo hosti. Quod pronuntiabit eorum votum, vel fuisse ab initio intentum jam subsistente ea difficultate? vel desuisse validum ejusmodi difficultate superveniente?

Communissima sententia, & persuasio Theologorum est, votum illud esse, & manere validum cum omnia habeat requisita ad votum validum. Tota difficultas posita pendeat à libero consensu voluntatis in peccatum, quem quilibet cum ordinario auxilio gratiæ divinæ cohibere potest, & debet potest enim inter brutalissimos motus mens in statione manere; idque habet communis sententia Ecclesiæ, & totius Christianitatis, ut in ejusmodi votis tanquam validis, etiam ab ægerrimè continentibus petatur, & concedatur dispensatio, & quidem semper mixta arduæ satis, & rigidæ commutatione in alia onera. Et certè quoad vota solemnia Religionis, & sacri Ordinis, nullus hactenus Theologorum, quantum scio, oppositum docuit, nec certè docebit. Quoad vota autem simplicia sæcularium

referam tibi unum, vel alterum Theologum modernum, suis propositis verbis.

PAM

Pater Adamus Burghaber Centuriā. I. Selectio-
rum casum, casu 66.

PArthenius Adolescens vehementer libidinosis⁶⁴ vexatur temptationibus, & frequenter iis succumbit; & quamvis inde advertat statum conjugalem multò utiliorem sibi futurum, quam cælibem, facit tamen votum Castitatis, idque graviter violat, ut illud jam vellet, non esse factum.

Quæritur, utrum hoc votum reverè sit validum? Videtur illud votum validum esse, cum omnibus requisitis constet, ut plerique sentire videntur, quos refert, & sequitur Sanchez. l. 4. c. 8. n. 9. Respondeo. Et si allata sententia communior, & probabilior sit, nihilominus probabile esse, illud votum non esse validum. Ita Trullenchius, Ledesma, Martinus à S. Josepho, Leander apud Dianam p. 10. tr. 11. resolut. 47. Homobonus Volumine 1. p. 2. resp. 28. Bonacina tom. 2. disp. 4. q. 2. punto 1. n. 26. & nonnulli alii. Ratio est: quia hoc votum, omnibus consideratis, non est de meliori bono; quippe melius, & salubrius est voventi matrimonium, quam abstinentia à matrimonio. Ita P. Burghaber. Jam audi, quid in simili doceat

P. Antonius Quintanaduennas singularium tract.
9. singulari 12. his formalibus.

Utrum conjugatus impeditus ad petitionem⁶⁵ debiti ob votum, aut incestum, aut cognationem spiritualem, possit petere, quoties vehementibus carnis stimulis agitatur, ne periculo exponatur in gravia luxuriæ peccatalabendi? Communis satis sen-

sententia negativam partem tuetur. Sic Covias, alii cum Sanch. l. 9. de Matr. disp. 7.
Sed affirmativam sequor, si ita vehementibus
nis stimulis conjugatus agitetur, ut proximo
culo se exponat incidendi in peccatum forman-
nis, vel aliud turpius, nisi debitum petat. Prob
in illo, qui post Matrimonium, vel ante illud
vit castitatem. Quia sicut votum, ex com-
DD. cum S. Thom. debet esse de re meliori,
etiam observatio voti sed votum, & ejus obser-
vatio in predictis circumstantiis non sunt de re
re: ergo non obligant. Major est certa, &
probatur ex iis, quæ Thomas Sanch. lib. 4. n.
cal. c. 1. n. 1. & Azorius lib. 21. institut. mor.
14. q. 10. docent. Minor est certa: quia cum es-
ervatione voti periculo proximo quis expo-
nere incidendi in aliqua peccata luxuriæ intrinsecæ
læ, & tunc non observatio voti, (scilicei p-
debitum à propria uxore) non e. intrinsecæ
lum, manifestum est, nec votum, nec obser-
vem voti esse de re meliori &c. Hæc, & plura in hanc rem doctissimus P. Quintana-
nas: eadem prorsus ratione sine dubio idem
nuntiaturus in nostro casu quæsito.

Judicium P. Georgii Gobat Alphabeto Qua-
plici r. casu 8. n. 280.

66 Perdifficile mihi nunc videtur negare omni-
practicam probabilitatem sententiæ P. Q. sti-
duenne munitæ tot rationibus non spe-
ndit. Idcirco si offerretur tali personæ Matrimoni-
quod repudiare nequiret sine prudenti timore

reperiendi brevi aliud aptum, non negare in absolutionem destinanti illud arripere absq; dispensatione, sed cum animo hanc petendi (saltem ad cautelam) proximo quoque tempore: cum etiam Goto-nius l. I. *controversia 12. c. 1.* expressè scribat, esse in tali casu adeundum Episcopum, & quidem solùm ad securitatem conscientie. Ita expertissimus Casista Gobat, cui ego meritò assentior: & tu utilissime leges loc. cit.

§. VI.

*In materiamixta, votum valet quoad partem
disparatam.*

Quando votum emissum est de materia mixta, partim apta, partim inepta, hoc est, partim impossibili, vel non bona, ut sciatur, quando votum corruat, quando vero validum maneat, & obliget quoad partem aptam. Pono breves resolutiones, & velut regulas.

REGULA I.

Quando partes voti promissæ sunt divisim, seu disparatim, sine dependentia ad invicem, ita ut singulæ partes sint per se materia voti virtute quasi multiplicis, tunc, si una pars sit, vel fiat inepta, impossibilis, vel minus bona, votum tamen validum manet, & obligat ad alteram partem possibilem, & bonam remanentem. Quia tunc locum habet regula juris 37. in 6. *Utile per inutile non vitiatur, si utile ab inutili separari possit.* Exempla sunt: 1. Qui vovit dare Ecclesiae, vel pauperibus certam summam, v. g. decem aureos, & factus impotens non potest dare totum, tenetur dare partem possibilem:

bilem: quia res naturâ suâ dividua censetur votis
divisim; nisi alia expressa intentio constet. Omnes
2. Qui vovit singulis horis divisim orare unum
ter & Ave, multis horis impossibile erit impo-
votum, ob necessarium somnum, inculpabiles
stractiones, obliviones: nihilominus tenetur in
plerere votum iis horis, quibus potest. 3. Qui vo-
jejunare totam septimanam, vel singulis feriis
tis, vel Sabbatis, per annum, per totam vitam,
certis diebus occurrat jejunandi impossibilitas, ce-
tur tamen jejunare his diebus, quibus potest;
singulorum dierum jejunium sensu divisione
Simili ratione resolvit Sanch. cit. c. 4. n. 8. Si Ad-
lescens vovit jejunium omnibus diebus vita sua
quod saepissime erit impossibile, obligatur nihil
ominus jejunare diebus, quibus potest sine de-
mentio corporis, & Officii sui: quamvis talibus con-
sultius esset petere dispensationem ab Episcopo.
Regulari privilegiato, aut tempore Jubilæi. Ide-
que judicandum in omnibus votis poenitentib[us], vel a-
flictivis jejuniorum, peregrinationum, corporis
stigationum &c. immoderatè factis: quæ non ob-
gant secundum excessum homini moraliter im-
possibile, quatenus scilicet damnum notabile corporis
vel impedimentum officio suo afferunt; obliga-
tamen quoad reliquum, seu partem moderata
possibile, quatenus commodè præstare potest. Ex-
cepto casu, quo manifesta fuerit intentio voventis
promittere ista copulatè per modum unius, ita ut
totum tale opus præstetur, si fieri possit, si secus
tum omittatur. Ita ex S. Thom. Sylvestr. Soto, &c.
Sanch. c. 6. n. 4. Laym. c. 2. n. 3.

RÈGULA II.

QUando verò partes voti promissæ sunt copula-⁶⁸
tim per modum unius totius, ita ut obligatio
partis dependeat ab obligatione alterius, ac totius
promissi, tunc si una pars sit, vel fiat inepta, impos-
sibilis, minus bona, ruit & obligatio alterius partis,
ac totius voti. Non enim tunc fuit votantis in-
tentio servare unam partem sine altera. Exempla
iterum sunt. 1. Qui vovit jejunium in Vigilia festi
B. V. MARIE, si eo die ob causam jejunare non
possit, sed bis refici necesse sit, non tenetur absti-
nere à carnibus. Similiter ècontra: si eo die à car-
nibus abstinere non possit, neque ab altera refectione
abstinere cogitur. 2. Quia neutrum seorsim, &
per se vovit, sed utrumque simul collectivè per mo-
dum unius, quatenus utrumq; in forma perfecti je-
junii Ecclesiastici includitur: ideoque deficiente uno
per impotentiam, deficit etiam obligatio alterius. Ita
D'D, citt. nisi semper constet de alia intentione vo-
ventis. 3. Item, qui vovit Confessionem, Com-
munionem, Peregrinationem &c. causâ Jubilæi,
vel indulgentiæ consequendæ, casu quo Jubilæi gra-
tiam, vel Indulgentiam (quam principaliter vovis-
se supponitur) consequi non possit, non tenetur
confiteri, vel communicare. Quia ruente principa-
li, ruit & accessorium. Et cessante fine, cessat &
obligatio mediorum: talis autem vovit Confessio-
nem, & Communionem solum, ut quid accesso-
rium, vel medium ad consequendas Indulgentias.
4. Item, qui vovit certo die jejunare, Sacrum lege-
re, vel audire: si intentio fuit in sensu composito

cum

224 Tract. III. In II. Præcept. Decal. Cap. II.

cum dependentia à tali die ob speciale ratione
v. g. in die, vel Vigilia S. Sebastiani pro peste;
Apolloniz ob dolorem dentium: in die Anima
pro defunctis &c. si eo die legitimè impeditus
possit, non tenetur facere aliâ die. Aliud esset, si
vovisset in sensu diviso, & per modum duorum
ut si votò emissò simpliciter jejunandi, tot milia
audiendi, vel legendi, deinde quasi novâ voluntate
ad certum diem, vel dies determinaret: tunc en-
tali die impeditus tenetur aliâ die exequi. s. Iur.
qui vovit ædificare Ecclesiam, vel Altare, &
stea superveniente paupertate non possit præ-
totum promissum, liberatur toto voto, nec aliquam
partem præstare possibilem tenetur. Est commu-
nis Suar. c. 2. n. 5. Sanch. cit. l. 4. c. 10. n. 7. Lap.
cit. n. 3. §. Exempla posterioris. Secus esset deo-
qui vovit mille aureos daturum Ecclesiae, vel
pias causas, tunc enim (nisi manifestè constet in-
tentionem voventis fuisse non aliter dare, nisi tota
summam) si postea totum dare nequeat, tene-
dare aliquam partem possibilem, notabilem can-
v. g. centum aureos. Ratio disparitatis est; quia
ædificatio Ecclesiae, vel Altaris est materia individua
quæ proinde per modum unius copulatim promis-
sa præsumitur; at verò mille aurei sunt materia
naturâ dividua, quæ proinde divisim, & per me-
dium plurium promissa præsumitur: nisi semper
contraria voventis intentione constet.

REGULA III.

69 **M**axime hoc facit, & observanda est regula
juris: Accessorium sequitur suum principale.

THAC

non econtra. Et, Ruente principali, ruit & accesso-
rium, non econtra. Quare si pars principalis voti
sit, & maneat apta materia, licet pars accessoria sit,
vel fiat inepta, impossibilis, inhonesta, obligatio
principalis manebit. Contrà, si pars principalis
voti sit, vel fiat inepta, licet accessorium aptum sit,
& maneat, obligatio tota corruit. E.g. Qui vovit
peregrinationem nudis pedibus, in cilicio, in pane.
& aqua &c. si justa de causa peregrinari nequeat,
non tenetur eo tempore nudis pedibus incedere, ci-
licium gestare, in pane, & aqua jejunare &c. hæc
enim promissa sunt solùm, ut accessoria ad peregri-
nationem tanquam principale: ruente autem prin-
cipali, ruit & accessorium. Contrà. 2. Qui vovit
peregrinationem obeundam nudo corpore, solutis
crinibus, superstitione numero candelarum &c. te-
netur solùm ad peregrinationem, omissis illis va-
nis, & vitiosis circumstantiis; quippe, quæ accesso-
riè tantùm promissæ sunt, & principale utile vitiari
non debet. Nisi tamen constaret expressam inten-
tionem voventis fuisse, non aliter vovere peregrini-
nationem, nisi cum tali aliqua circumstantia; adeó-
que copulatim, & per modum unius: tunc enim
totum votum corruet, & nullum erit. 3. Simili-
ter, qui ut suprà, vovit se peregrinaturum nudis
pedibus, ciliciò indutum, toto itinere nihil come-
sturum, vel aquâ, & pane contentum fore: & tali
modo votum exequi non potest, vel quia indecens,
vel quia nimis difficile; tenetur tamen perficere pe-
regrinationem secundùm substantiam modò sibi
commodò: quia præsumitur eam vovisse principa-

THEOL. MORAL. PARS III. P.

liter

liter & independenter à tali modo velut accessorio quare impedimentum accessorii non debet red dare in principale; ne minus dignum, majus, accessorium principale ad se trahere videatur: habetur c. nn. de consecrat. Ecclesia in 6. & dō communis cum Navar. cit. c. 13. n. 43. §. ex infertur. Excipe rursus 1. Nisi expressa vova intentio fuerit non aliter se obligare ad peregrinationem, nisi tali modo. 2. Nisi modus adjectus fuerit ad minuendam difficultatem rei promulgata ut deficiente modo accessorio, res principalis datur notabiliter difficilior; tunc enim cadit in obligatio ejus implendi: ut si vovisti peregrinacionem Romam, vel Lauretum equo, vel curru vel dus, & postea quacunque de causa equo, vel a vehi nequeas, non teneris ire pedibus. Ex a muni Suar. l. 2. de voto c. 2. n. 11. Sanch. l. 4. n. 11. Laym. cit. c. 2. n. 3.

REGULA IV.

7º **D**enique in his, & similibus omnibus principiis liter attendenda est intentio voventis, quia causa voti, sicut intentio legislatoris est anima legis. Quodsi de intentione voventis non satis constat, tendenda est ipsa materia, utrum non ex natura, vel ex communi aestimatione hominum aperte promitti, & impleri copulatim, vel divisim: ex natura sua copulatim promittitur aedificatione ecclesiae; ex aestimatione hominum, abstinentia a bibendum, & secunda refectione in jejunio, Ex natura sua divisim promittitur summa pecuniae; ex estimatione echominum Psalterium B. M. Virginis, sic proportionaliter vovens judicari debet obligatio.

dies censetur determinari ad finiendam obligatio-
nem, ut si eo die negligas, altero supplere, nec de-
beas, nec possis. Sicuti si vovisses recitare Rosa-
rium coram determinata Imagine B. M. Virginis,
propter ejus Imaginis peculiarem devotionem, si
coram illa Imagine recitare non possis, non teneris
coram alia Imagine recitare: quia nimirum illa pro-
misisti pro tali die, vel coram tali Imagine copula-
tim, & non aliter.

II. Votum peregrinandi Romam hoc Anno san-¹⁰³
cto: illo transacto, omnino cessat: quia inseparabili-
ter conjuncta est res promissa cum illo anno. Si-
mili est, si viduus, vel vidua quidpiam voveant pro-
toto tempore viduitatis usque ad novas nuptias: si
eo tempore non possint, vel negligant, non tenen-
tur supplere post tempus viduitatis novô Matrimo-
niô contractô.

III. Si vovisti jejunare per totam vitam semel in ¹⁰⁴
Septimana: si unâ septimanâ semel non jejunasti,
cum, vel sine culpa, non teneris supplere in alia
hebdomada jejunando bis. Quia ex prima inten-
tione tua addicitur jejunium illis singulis Septima-
nis, cum finis principalis tuus fuerit te singulis Se-
ptimanis semel mortificare pro peccatis, in memo-
riam Passionis Domini, vel quid simile.

IV. Si vovisti jejunare singulis feriis sextis totos ¹⁰⁵
hoc anno, & aliquot feriis sextis hoc anno non po-
tes, vel negligis, non teneris supplere altero anno:
sed totum votum cum priori anno extinguitur:
quia copulatum, & inseparabiliter cum hoc anno

THEOL. MORAL. PART III.

R

jeju-

jejunia fuere promissa. Secus esset, si vovisses jejunare per unum integrum annum principaliter, & secundariò solum hunc annum determinasses: tunc enim si hoc anno aliquoties omittas, v. g. duobus Mensibus teneberis supplere totidem mensibus sequenti anno: hoc enim casu materia voti esset divisa ab hoc anno, consequenter pars omissa transbit ad annum sequentem. Idem posset contingere in eleemosyna. Ut si vovisses singulis diebus eleemosynam dare, vel in honorem Sancti eo die currentis, vel ut nulla dies sine eleemosyna transseat: si uno die quacunque causâ omitteres, non tenereris supplere. Verum quia eleemosynæ plurimique solent promitti, non ratione temporis principaliter, sed ob ipsam misericordiam, ac inopinatam miseriam sublevandam, ideo rectè monet *Sane. cit. num. 37.* communiter eum, qui sic vovit, regula communis apud *Dianam.* p. 5. tract. 5. n. solut. 53. In votis personalibus centetur obligatio esse annexa diei: in realibus prorogari, nisi aliud aliundè constet. His denique addendum ut ceterum: qui talimodo aliquid vovit pro certo die, vel tempore, etiamsi prævideat se votum suum statuere, vel tempore non posse adimplere, non tenetur nec potest prævenire citius; sicut nec postea suppleret tenetur quia votum signatè de tali die, vel tempore est elatum, non de alio. Nec potest contiam prævenire: quia sic non satisfacit voto, quod circumstantian illam temporis simul copulatio promissam. Excipe: nisi vellet anticipare animus.

commutandi votum prius quoad hanc circumstan-
tiam temporis: regulariter enim semper melius,
Deoque gratius cenetur opus bonum hodie face-
re, quam cras, vel postea.

R E G U L A II.

Quando tempus votum adimplendi determi- 106
natum est, non ratione ipsius temporis ob ul-
lam specialem connexionem, vel devotionem talis
temporis, sed solum ratione ipsius voti adimplendi,
cenetur, & dicitur determinari tempus solum ad
non differendam obligationem: ideoque vovens
omnino eo tempore tenetur implere, prout sese ob-
ligaverat; & insuper eo die, vel tempore cum, vel
sine culpa lapsò, absque impletione voti, adhuc ma-
net obligatio voti adimplendi tempore proximo
commodo. *Communissima DD.* quos latè con-
gerunt *Sanch. Laym.* citt. *Ratio est:* quia res
voti promissa, circumstantia temporis non voven-
tur per modum unius, & copulatim, sed per mo-
dum duorum, & sunt virtualiter quasi duo vota,
& detali refacienda, & tali tempore facienda, non
ultra differenda: non enim tempus determinatum
erat ob specialem devotionem, connexionem, vel
respectum ipsius temporis, sed solum ut terminus
executionis, intra quem votum implendum sit, ita ut
ultra protrahere non liceat: atque adeò, licet trans-
actio tempore, impossibile sit servare eam circum-
stantiam temporis, adhuc tamen manet obligatio
rei promissæ principalis. *Sumitur ex jure L. Cel-*
sus, ff. de Receptis arbitris. *Ubi habetur: Jussum*
dare decem certo tempore, duo præcepta habere:

R 2

Unum

Unum dandi; alterum, eo tempore: ac proinde transgressorū posterioris, adhuc teneri ad prius. Idem est in proposito nostro. Itaque talis statuto tempore, vel die non solvens votum suum, eo ipso peccat, & tamdiu, tantōque gravius peccat, quod diutiū differt solvere culpabiliter: retentā tamen voluntate solvendi, & secluso contemptu, non erit damnandus peccati mortalis, nisi à principio ipsius tempus se intenderit obligare sub mortali, aut nimia fiat dilatio, judiciō prudentis & stimulata, aut subsit periculum oblivionis, vel omissione de quo mox plura in simili. Exemplis cape. Qui vivit intra annum ingredi Religionem, proximo mense confiteri, proximā septimanā dare eleemosyng &c. elapso illo termino adhuc obligatur voto oblationem regulæ datam. Item, qui vovit Religionem ingredi in ipso festo S. Ignatii, & eo die negligenter postea: quia licet illa dies continet particularē devotionem, ex mente tamen vovente perpetuum Deo obsequium promittentis claret, apparere, illam devotionem non fuisse finem principalem, sed secundarium tantum. Secus esset, si per eo die vovisset communicare, Sacrum audire, iungere regulam præcedentem. Item, si vovisti jejunare tot diebus, quot sunt feriæ sextæ per annum nisi huius anno omisisti, teneris supplere altero anno; quod iterum apparet votum non fuisse propter devotionem hujus anni, vel huic anno addictum. Et in similibus. Verum hic aliqua magis dubia explicanda sunt.

107 I. Qui prædicto modō aliquid vovit procer-

tempore, & prævideat, se votum non posse imple-re statuto tempore, vel die, non solum licitum, ac laudabile erit prævenire, secundum omnes, sed etiam prævenire tenebitur anticipando ad antecedens tempus, vel diem commodum: Ut contra alios, cum aliis communius, probabilius, & sine dubio tutius docet Sanchez. cit. c. 14. n. 18. Ratio est: quia licet tunc anteā nondum advenerit tempus im-plendi præfixum explicitè, adeſt tamē ſemper tem-pus implendi præfixum implicitè. Qui enim vovit communicare v. g. proximo die festo, ſolum ad non differendam ulterius obligationem, censetur etiam implicitè velle anticipare, ſi eo die non poſſit, tan-quam medium neceſſariò requiſitum, ne ulterius differatur opus votivum. Excipe: niſi præcedens tempus eſſet minus commodum voto; ut ſi voviffeſſe jejunare proximâ feriâ ſextâ, non teneris anticipare in feriam quintam: quia dies ille jejunio minus com-modus eſt, quod eo die eſuriales cibi non præbeantur (ad deſic præter intentionem fieri tres dies eſuriales) ut ideò ad illud ſe obligare voluiffe cenſeri non poſſit.

II. Illud autem certum eſt, quod, qui vovit ali-108 quid facere intra aliquod certum præfinitum tem-pus, v. g. intra hanc ſeptimanam ſemel jejunare, in-tra ſingulos menses ſemel confiteri, aut communi-care, intra annum ſemel peregrinari &c. ſi prævi-deat impedimentum in fine illius temporis, ſepti-manæ, mensis, anni &c. teneatur omnino præveni-re, & anticipare: quia obligatio tunc cadit in totam latitudinem ſeptimanæ, mensis, anni &c. & ſic cum

libertate singulorum dierum: quemadmodum si die
Dominicā prævide aste impediendum ab audiendo
Sacro, non teneris quidem audire die Sabbathi, ut
notum est: at, si ipso die Dominica manè prævides
te impediendum, ut nequeas audire Sacrum sum-
mum, aut aliud circa meridiem, teneris aliud ma-
turius, si facultas adsit, audire, secundum omnes.

109. III. Quando dubium est, an vovens determi-
naverit tempus, vel diem ratione temporis ad ful-
lendam obligationem, an verò ratione ipsius voti
non differendam, nec constet de intentione vovo-
nis, attendendum erit, an res voto promissa habeat
specialem aliquam connexionem cum tempore
præfinito, nec ne? ut in exemplis allatis monitu-
tum est. Et, si adhuc perseveret dubium, cende-
re debet, tempus non esse præfinitum ratione tempo-
ris, sed ratione voti ad non differendum. Quia o-
voto jem certi sumus, dubitamus solum de tem-
pore: ergo prævalet possessio voti: quare transac-
tempore adhuc obligabit. *Tamburinus.*

110. IV. Quando dubium est, an vovens aliquid fac-
re omnino determinaverit tempus, nec ne? neque
id aliunde colligi possit, (nam si vovisti servire pe-
stiferis, ambigens de tempore, utique ab eventu dis-
ceberis) proinde est, ac si nullum tempus omni-
no statueris: ideoque votum implendum est tem-
pore proximo commodo, juxta regulam sequen-
tem. Unde v. g. si vovisti jejunare, confiteri &
die Sabbathi certo aliquo, aut in quocunque; dubi-
tas autem, quodnā signatē illud Sabbathum fieri
jejunandum, & confitendum erit proximo Sab-
batho sequenti: eoque proximo die elapsō, obligatio-

voti manebit, vel non manebit, prout votum emissum fuit, ratione temporis, vel ratione voti non differendi, juxta regulas praecedentes.

REGULA III. I

Vota emissa absque omni certo tempore, vel **III** die praefixo, v. g. aliquando ingrediendi Religionem, dandi eleemosynam, & regrinandi ad talis locum &c, obligant ad implitionem tempore proximo commodo, ac opportuno; seu quam primùm sine notabili incommodo potuisse. Omnes cum S. Thom. 2. 2. q. 88. a. 3. ad 3. & q. ult. art. 3. Sumitur ex Scriptura Deuter. 23. Cùm votum voventis Domino, non tradabis reddere: quia requirest illud Dominus Deus tuus: & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum, & alibi. Ratio: quia hoc commune est omni promissioni absolutæ, & non limitata, ut statim obligationem pariat, & consequenter statim exigi posat, ut habetur in jure L. Promiss. §. 1. ff. de constituta pecun. Atqui Deum statim quoad fieri potest exigere solutionem voti sibi facti constat ex Scriptura allegata; ergo vovents abolutè absque determinato tempore, tenetur statim exequi suum votum, cùm primùm commode poterit. Et, nisi dicatur obligari statim, cùm commode potuerit, non poterit deinceps assignari certum tempus, neque ex parte voventis, neque ex parte Dei, quo teneatur vovents persolvere suum votum: certum autem est teneri: ergo statim cùm commode potest, ac sine notabili incommodo. Vovents enim non presumuntur tam rigorosè velle se obligare, ut cum magna incommoditate ad voti

264 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. II.

executionem faciendam, nendum maturandam, at stringatur. Commoditas autem illa implendi votum, non debet sumi simpliciter, sed moraliter & commodè: neque requirit causas omnino necessarias impedientes impletionem votipro illo tempore, sed sufficient causæ congruæ utilitatis cuius corporalis, vel spiritualis, ipsius voventis, alterius, quæ onnia relinquuntur prudentis arbitrio. Unde rehales

112 I. Sufficiens causa differenditale votum sine cato tempore præfixo factum, est, si spes sit, ut votum postea commotius, utilius, & maximè debetius impleatur: id enim cedit ad majorem Deigriam, ac honorem, aquem omne votum ordinatur. Communis cum Sanch. cit. v. g. Qui votum peregrinationem ad aliquam Aëdem sacram, expectare potest, etiam per longum tempus, usque ad festum aliquod incidat, aut processio eccl. fiat. Quod vovit eleemosynam notabilem dare pauperibus exspectare potest tempus majoris necessitatis, caritatis annonæ &c.

113 II. Adolescens, qui vovit Religionem ingelicte exspectare potest, & aliquando etiam deusque ad tempus magis aptum: ut pote, donec poster consentiat: donec ætate, & viribus convalescat ad rigorem Ordinis preferendum: donec necessariis scientiis imbuatur, si Clericus futurus sit: donec utillem artem addiscat, quæ Ordini, vel Monasterio magis utilis sit: dummodo semper non infraudem utiliter differendo votum. Vide h. Sanch. c. 14. à n. 8. Ac optimè noster Corda

Sect. III. Voti obligatio, & interpretatio. 265

apud eundem n. 19. dicit: duodecim annos natum Juvenem voventem Religionem Fratrum Minorum, posse ingressum differe usque ad 17. vel 18. annum, ut interim robur sufficiens ad onera Ordinis acquirat.

III. Habitâ omnino opportunitate implendi ta- I 14
le votum absque determinato tempore præfixo emissum, ulterius absque omni causa differe scienter, sane culpa est, ob rationem regulæ datam; non tamen facilè censenda mortalis (ob rationem mox dicendam regulâ seq.) nisi scienter eò usque differatur, ut prævideatur impedimentum perpetuum illud adimplendi: v. g. senium, periculum obliviosis, aut omissionis omnimodæ. Hoc enim casu scienter, & sponte differre, est virtualiter, ac implicitè consentire in ipsam omissionem: ideoque peccatum mortale, juxta rationem materiae: in quo omnes consentiunt.

IV. Ulterius advertunt, & supponunt DD. com- I 15
muniter Suar. Laym. Sanch. citi. culpabilem & irrationabilem dilationem voti ad aliquod perpetuum Dei obsequium, v. g. Religionem ingrediendi, sacros Ordines suscipiendi, perpetuò ministrandi in Hospitali, vel alias infirmis &c. citius ad mortalem culpam pertingere posse, quam dilatationem votorum ad aliquod temporale tantum, certo tempore, vel simul implendi, v. g. eleemosynam, jejunium, peregrinationem. Hæc enim, et si multum differantur, tamen adhuc integrè impleri possunt. In illis autem votis, quia homo se obligat ad perpetuum Deo obsequium præstandum, ideo

R 5

quan-

266 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. II.

quantò diutius quis ejus executionem differt, et
majorem partem promissi Deo obsequii autem,
tumque suum non nisi imperfecte & secunda
partem vitæ suæ exequi vult, non absque injuriam
Dei suum votum acceptantis. Verum, quando
tandem ratione cognoscemus tam in uno, quam
altero, tantam esse dilationem culpabilem, ut
seri debeat peccatum mortale? Res sanè difficultate
& apud Doctores valde incerta, & obscura. Su-
men benignior, & clara.

REGULA IV.

116 N votis continentibus obsequium tempore
tantum, ex dilatione nullum patiens incom-
dum aliud, nisi meram temporis moram, qua
cunque dilatio culpabilis (secluso periculo occi-
sionis suprà dicto) probabiliter nunquam extenuat
culpam venialem. Secùs est in votis perpetuis
Dei obsequium continentibus. Ita Tamburini
lib. 3. Decal. c. 12. §. 3. n. 11. Et sanè re ipsa
multum dissentire videntur DD. allati à Sancha
l. 4. in Decal. c. 14. n. 21. dicentes; tunc esse di-
lationem mortalem, quando est notabilis negligens
ait Sylv. Sed quando erit illa notabilis negligens
Quando est notabilis, & valde longa mora, ait
ster Angelus. Sed quæ ista valde longa mora
Quando fit dilatio per longa tempora, & ex ipsa
mora dilatione est periculum oblivionis, vel impor-
tie implendi, ait S. Antoninus consentiente Sam-
l. cit. Sed vides jam coincidere cum regula à nos
data: sequitur enim; ergo si non sit tale pericu-
lum, dilatio, etiam per longa tempora, non erit
mortum. credi debet adhuc illa dicitur. Cuiusque
differe dilatatio debet tempore nullum viter-
fam, si facit non debet longus Scriptus
peccata certus subtilis plenus omnis habebit positio obiectum. Se

differt, ^{iii autem} mortalis. *Ratio ergo est*; quia nemo, cùm dat totum, quod promisit, & nullum damnum ex mora & secundum creditori, vel promissario facit, condemnandus visusque injuriam, quam adhuc vovens dat totum, quod promisit, neque ex illa dilatatione, seu mora ullum damnum Deo facit (dispar est ratio de creditore humano, cui semper ferè officit aliquid dilatio longa debiti) ergo illa dilatio non gravis, sed levius tantum malitiæ censeri debet. *Confirmatur.* Votum est lex, quam privatum sibi quisque imponit: atqui eo ipso, quo quis tempus in suo voto non determinat, censetur ad nullum tempus, seu terminum certum, saltem graviter, astringere se voluisse, sed solum ad rem ipsam, quo cunque tandem tempore præstandam; et si facile intelligat absque alicujus negligentiae labore non debere votum Deo factum absque ulla causa in longum tempus differre. Neque plus convincunt Scripturæ in Regula præcedenti allatae: *Ne tardes reddere: & si moratus fueris, reputabitur in peccatum:* Intellige de peccato mortali, si tempus certum determinatum fuit, vel ex mora periculum sublit transgrediendi; de veniali vero, si tempus implendi determinatum non fuit, & simile periculum omissionis non timeatur. Sententia omnino probabilis, & tuta, ac vel ideo mihi accepta, quod opposita sententia communis, infinitis scrupulis sit obnoxia.

Secus dicendum in votis perpetuum Dei obsecrare, 117
quium

quiū continentibus, ut Religionis ingrediē
ſuscipiendi ſacros Ordines, perpetuō intervient
Xenodochio &c. In his enim notabilem dilationem
tandem mortalem eſſe, nimis certum eſt; quō en
diutiū quis diſſert, eō plū aufert de obſequio
devoto ut ſuprā dictum. Sed quānam tandem
latio erit mortalis? Aliqui apud Sancb. universaliter
moram trium annorum nō afferre dilationem
talem cenſent: certē generaliter nimis laxē.
Sancb. cit. n. 22. in fine universaliter dicit: Q
in his votis perpetuis cenſetem notabilem
gentiam, ac mortalem, quando habita opportunitate
diſerretur dimidio anno. Certē & hoc universaliter
nimis ſtrictē. Placet mediā incedere viā.
rum conſiderandam eſſe ætatem voventis. Si e
vovens Religionem v. g. annum ætatis agat 16.
16. concedendum videtur trium, vel quatuor
norum dilationem non eſſe mortalem. Eſſe au
mortalem maximē, ſi vovens annum excedat vi
ſimum quintum, vel trigesimum. Imō ſi quadra
ſimum excederet etiam dilationem ultra ſex m
ſes notabilem, ac mortalem videri. Ita Tam
nus cit. c. 12. §. 3. n. 10. Ratio eſt: quia tres,
quatuor anni, ſi demantur à ſervitio totius vita
adolescentia in ſenium, poſſunt meritō videri pa
materia; at minimē poſſunt videri materia par
demantur ab ætate perfecta, & virili, v. g. tri
ta circiter annorum. Sermo ſemper fuit de dilatatione
facta post habitam omnimodam commodi
& absque ulla rationabili cauſa; ſi rationabilis ca
uſa ſubſit, jam ſuprā excepiſmus Regulā praece

ASSERTIO IV.

Votum obligatio simpliciter personalis est & propria votentis, ut proinde nullus per se possit obligari voto alterius. Communissima Theologorum Scholasticorum, ac Moralium, cum S. Thomas, aliis. Et significat illud Psalmi 65. Reddans tibi vota mea, quæ distinxerant labia mea. Pro hac Assertione explicanda.

Nota: Quatruplicem hic posse fieri questionem. 119

1. An quis possit vovere factum alterius, seu alteri voto suo obligare?
 2. An quis voto suo possit satisfacere per alterum?
 3. An si ipse nequeat, teneatur implere votum suum per alterum?
 4. An eo mortuo, ejus voti obligatio transeat ad heredes, filios &c.
- Pro quorum solutione rursus notanda est communis distinctio voti in personale, reale, & mixtum.
- Votum Personale* dicitur promissio facta Deo de aliqua actione, vel omissione exercenda personaliter ab ipso votente, ita ut ipsi moraliter nullo modo idem sit, si fieret ab alio, ut sunt vota orandi, jejunandi, peregrinandi, castitatem servandi, Religionem ingrediendi &c.
- Votum reale* est promissio facta Deo de aliqua re sua danda, expendenda, vel fieri curanda, sive per se, sive per alium, ita ut ipsi moraliter idem sit, sive per se, sive per alium fiat, dummodo de suo fiat; ut votum certæ eleemosynæ, dandi Ecclesiæ calicem; ædificandi Templum, vel Altare.
- Votum mixtum* est factum Deo, & de propria actione exercenda, & simul de re aliqua sua præstanta: ut propriis manibus ædificare Templem; peregrinari ad B. Virginem, & simul offerre

cer-

270 Tract. III. In II. Praecept. Decal. Cap. II.

certum calicem , lampadem &c. His notatis ex
eo , & exemplifico Assertionem.

§. I.

*Voti Obligatio semper est personalis , & proprie
tudo ventis.*

120 RATIO communis est : Quia obligatio voti, & cujuslibet alterius promissionis, debetur ex propria voluntatis intentione, & consensu : votum non potest obligare alium , nisi ipsum ventem , & consentientem. Et hinc

121 I. Quod si voluntariè consentiens suscipiat obligationem exequendi votum alterius : jam ex vi voti, & voluntatis alterius , sed ex vi propria voluntatis , & promissionis obligabitur. Cui frequens est, præsertim apud moribundos : v.g. pater vel maritus in extremis dicit filio , vel uxori Promisi Deo duas peregrinationes ad illum, istum Sacrum locum , neutram peregi: rogo meas vices obeas pro securitate , & solatio animae meæ ; si filius , vel uxor , promittat , eos obligatio non est dubium. At

122 II. Qualis tunc erit obligatio ad implendum votum alterius in se suscepturn , & cuius Virtus . Non erit ex vi voti , & virtutis Religionis, nam animus esset formalem voti obligationem in telescipere , & sic virtualiter saltem ipsi Deo promittere, se voto alterius satisfacturum. Quo casu lo cum habet , quod dicitur c. licet de voto. Subrogatum est. Ideoque eo casu obligatio eslet mortalis ex genere suo. At hoc certè rarum. Communione

enim suscipiens in se obligationem voti alterius non vovet, vel promittit ipsi Deo se impleturum, sed tantum promittit alteri, Patri, vel Marito &c. adeoque solum promittit rem illam ab altero votam materialiter praestare. Est igitur communiter obligatio ex virtute fidelitatis tantum, & contra hanc solum delinquitur, si non stetur promissis.

Atrurus

III. Quanta erit ista obligatio, anno sub mortali? Certè erit, si promittens intendit se astringere graviter, vel expressè sub mortali. At si non sub mortali, vel graviter se astrinxit, sed simpliciter promisit, *Cajetanus*, *Henriquez* apud *Lissium* mox citandum, negant adesse obligationem sub mortali, cum virtus fidelitatis erga hominem per se non obliget sub mortali: at verò ipse Lessius *l. 2. de justitia c. 18. dub. 8. n. 55.* aliique multi affirmanter esse obligationem in re gravi, & saltem in re pergravi consentit *P. Gobat casu I. n. 44.* Et certè talis, videtur statui eodem c. *Licet.* Ubi Alexander III. Andreæ Hungariæ Regi sub anathematis, & juris ad Regnum amittendi poenâ, mandat executionem voti paterni in se suscepti, de peregrinatione in subsidium Terræ sanctæ. At, inquires: ego fictè promisi, me patris mei votum impleturum. Nequam, peccasti venialiter tuâ fictione: nec fictâ promissione obligaberis, ne in b. veniali quidem, per se loquendo, ut in simili sàpiùs dictum.

IV. Per se directè nullus potest vovere factum *I. 24.* alterius quomodocunque conjuncti, etiam filii, vel filia

272 Tract. III. In II. Praecept. Decal. Cap. II.
filiae, nisi is ratificet, & eo ipso votum alterius sufficiat: quod Sect. praeced. §. I. fatis dictum. Quā ratione Sacri Cánones & Concilia antiquissimè Toletanum IV. c. 48. cūm dicunt: filii paterno voto Religioni devotos obligari Religionem nec posse ad læculum reverti; intelligenda sunt cetera hac conditione: modò filii consenserint, & consensum suum paterno voto accommodent. Ut cernit Cælestinus c. cūm simus, de Regulari. Hinc ulterius sequitur: Quando Communitas quā vovit aliquid v. g. Monasterium, certa jejuna civitas, vel pagus certas peregrinationes, verias &c. vi voti, & Religionis solum obligant primi personaliter voventes: Successores autem non obligantur vi voti, nisi ratificarint: sed sicut possunt obligari vi statuti, vel consuetudinis vijigis habentis, aut ad tale votum acceptandum, adimplendum saltem illam rem voto promissa dummodò accedat expressa, vel tacita approbus Episcopi, vel Prælati, qui talia etiam abrogare possunt, Suar. n. 12. Sanch. l. 4. Moral. c. 15. n. 19.

§. II.

Vota personalia.

125 **H**orum obligatio adeò personalis est, & ipsius voventis, ut

I. Nullus poscit per alterum satisfacere voto personali rogando, vel quomodolibet inducendo alterum, ut suo loco impleat. v. g. Qui vovit tali dejejunare, peregrinari, non satisfacit rogando alterum, ut loco sui impleat. Omnes. Ratio patet ex minis: quia voto personali factum proprium pos-

Sect. III. Votio obligatio, & interpretatio. 27

misit: ergo facto proprio satisfaciendum, non alieno. Neque valet hic commutare votum, ut alium rogando vel pretio inducendo sibi substituat: quia hoc est minoris difficultatis, & meriti, quam quod promisit, proprium factum.

II. Qui votum suum personale ipsem et implere 26

nequit, sive culpabiliter, sive inculpabiliter in eam impotentiam inciderit, non tenetur rogando, vel conducendo alium substituere, qui loco sui impleat, et si facilè possit. Ita contra S. Antoninum, & quosdam alios communis DD. Navar. c. 12. n. 5; Suan. Sanch. citt. Laym. c. 3. n. 9. Ratio est: quia generaliter, actus se non extendunt ultra intentionem agentium & maximè voventium votum liberum ultra intentionem voventis extendere se nequit: atquè voventis votum personale intentio fuit se facturum aliquid, v. g. jejunaturum, ornaturum, peregrinaturum &c. ergo si præstare ipse non possit, non tenetur aliud præstare, scilicet alterum substituere. Excipe ergo: nisi etiam ad hoc ipsum voto suo obligare se intenderit votens, vel expressè votando quid facere per se, vel per alium; vel implicitè, ut si quid voveas sciens tuam personalem impotentiam: tunc enim votum, ne illusorium habeatur, interpretari debet, quod intenderis per alium exequi: ut notat Abbas in cap. *Licet de voto.* n. 13. Nec obstat, quod quis culpabiliter in talen impotentiam sui voti exequendi inciderit: quia culpa commissa in obligatione voti non est; nisi sit de aliquo contento in voto: explere autem per alium non est contentum in voto personali; ergo &c.

THEOL. MORAL. PARS III. S III. Ob-

127 III. Obligatio voti personalis, voente mortuo nullo modo transit ad hæredes. *Omnis*: quia haec succedit defuncto tantum in realibus, sicut communis, & juribus, ita oneribus, & debitis L. *Hedem ff. de regulis juris.* Non item in Privilegiis, obligationibus personalibus, quæ scilicet Personæ illius cohærent, cujusmodi sunt etiam vota personalia orationum, jejuniorum, peregrinationum. *E*cipit: nisi hæres necessarius se sponte obligari ad functi vota personalia implenda; aut hæres non necessarius sub ea conditione institutus sit, ut talia vota exequatur. *DD.* communiter in *cit. cap. Lib.*

128 IV. Rectè tamen addit Marchant. *tom. 2. m. tit. 4. q. 1. sub. 6.* Quod si defunctus vovet & prelise per se, vel per alium implere votum aliquum, v. g. peregrinationem Lauretanam, hæres tenet præstare sumptus alteri ad exequendum votum, quia tunc defunctus non implens ipse votum, contraxit obligationem præstandi sumptus alteri, unde co sui votum impletat: & sic ex ea parte votum nullus est, cujus obligatio semper transit ad hæredem, ut mox videbitur.

§. III.

Vota realia.

129 **I**N his duo consideranda sunt. 1. Substantia voto promissæ. v. g. eleemosyna, Calix &c. nimirum fiat de proprio ipsius voventis, quod est essentiale voto reali. 2. Ministerium, seu execu^{re}i voto promissæ, ut nimirum fiat vel ipsius voventis, vel alterius ministerio: v. g. Vovens eleemosynam, vel suis, vel alterius manibus eroget, Calice offere

offerat, &c. & hoc omnino est per accidens voto reali, nisi quis expressè vovisset per se ipsum talia facere, atque in propria persona tale votum implere: tunc enim desinit esse votum mere reale, & incipit esse mixtum ex reali, & personali. Quoad reale sic breviter resolvet.

I. Obligatio voti realis quoad ministerium, vel executionem tantum, non est personalis ipsi tantum, sed si vel non possit, vel non velit per se ipsum exequi, potest. & tenetur exequi ministerio alterius. *Omnes.* Ratio patet ex dictis: quia id est omnino per accidens voto reali: &, dummodo illud fiat de proprio suo, semper verum erit dicere: *Quod quis per a ium facit, per se facere censetur.*

II. Obligatio voti realis quoad substantiam rei promissæ, est omnino personalis voventi, ut nimirum votum fiat de proprio ipsius voventis, ita ut nec teneatur per alios implere de proprio ipsorum &c. (imò neque hac ratione ad hæredes transit, ut ipsi de suo proprio non relicto à vovente impleant) communis. *DD. Suarez. c. 10. n. 10. Laym. c. 3. n. 10.* E. g. vovit quis eleemosynam pauperibus, Calicem Ecclesiæ &c. si ipse implere de suo nolit, non satisfacit voto rogando alios, ut pro se dent: &, si depauperatus de suo implere non possit, non teneatur ab alio mendicare, ut pro se det: eoque casu nulla transit obligatio ad hæredes. Ratio tæpe dicta est: quia nullus potest promittere rem alienam: &, quia votum non extenditur ultra intentionem voventis: quilibet autem vovet dare de suo: ergo nec potest, nec tenetur dare de alieno. Interim tamen probabi-

276 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. II.

Ie est, quod post Abulensem docet Sanch. cit. 6. 11
Si alius voventis nomine , ejusque voti imple
causâ eleemosynam det, voto satisfieri: nam ille
ter, dum obligationem eleemosynæ danda,
gratiam voventis, in se suscipit, perinde facit,
si pecuniam erogandam voventi donet, ut ad
eleemosyna facienda rectè censeatur fieri de
prio voventis : quippè per gratuitam promissi
onem jure sibi acquisito , & per anticipationem
luto, directè ac si quis in mei gratiam promis
mea debita solvere, & defacto solvat :

132 III. Obligatio voti realis , vovente mortuo
sufficiente substantiâ relictâ, transit ad hæredes,
is culpabiliter, sive inculpabiliter in vivis solvere
miserit. Omnes. Habetur in utroque jure: Ex
te. De censibus. & L. ff. de pollicitationibus. U
dicitur: Si forte, qui decimam bonorum vovit, des
erit, hæres ipsius hæreditario nomine decima obli
gatus est; Voti enim obligationem ad hæredem trans
constat. Ratio patet: quia hæres voluntariè ade
do, & acceptando hæreditatem defuncti, sicuton
nia ejus commoda, & jura acquirit, ita etiam omnia
ejus onera, debita, & obligationes reales in se fullo
pit atqui inter eas obligationes reales est etiam ve
tum reale, seu promissio facta Deo de aliqua re
eius honorem præstanda ; ergo &c. Imò, licet re
stator prohibuerit hæredi, ne realia sua vota pa
solvat, nihilominus tenetur, atque ad id à Judice
gi potest sub pœna amittendi hæreditates: Arg
umentum de voto. Abbas ibidem n. 5. Navar. c. 12a. 6. 10
Sanch. cit. l. 4. c. 15. n. 28. Laym. cit. 6. 3. n. 12.
IV. P. 100



IV. Porro aliqua hic observanda sunt 1. Obligationem, quā hæres tenetur ad solvenda vota rea-
lia defuncti, non esse ex virtute Religionis, quippe
quæ solūm voventem adstringit, sed ex virtute ju-
stitiæ ratione acceptæ hæreditatis unā cum omni-
bus ejus juribus, & oneribus, ut significatur in cit.
L. 2. Hæreditario nomine adstrictus est. 2. Hæ-
res non tenetur vota defuncti solvere ultra vires hæ-
reditatis traditæ, id est non nisi ex eo, quod dedu-
ctis aliis debitibus, & necessariis expensis funeris &c.
superest: de hoc enim solo defunctus disponere po-
terat vovendo, vel legando ad pias causas: datür-
que hic locus Falcidiæ juxta communem DD. 3.
Ordine solvendi, hæres debita justitiæ præferre de-
bet votis: ut omnium primò solvendæ sunt expen-
sæ funeris: deinde merces servitorum: tum æs
alienum; deinde legitima ascendentium; & postea
primò vota. Ratio est: quia vota solvenda sunt de
bonis defuncti: bona autem cujuscunque censem-
tur, quæ supersunt, deducto ære alieno, ut habetur
in jure L. Mulier junct. Glos. ver. alieno. ff. de ju-
re dotorium. 4. Persolutio votorum præferenda est o-
mnibus legatis, etiam piis; cùm prior, & potior
sit obligatio votorum; quippe, quæ ipsum defun-
ctum altringebat, dum viveret, non ita obligatio
legatorum. Ex communi Sanch. cit. cap. 15. n.
39. Laym. cit. c. 3. n. 13. Quod si soluto ære a-
lienno, hæreditas non sit solvendo omnia defuncti
vota, non est solvendum unum, aut alterum, & alia
omittenda; sed singula pro rata. Cùm enim om-
nia æqualiter ex virtute Religionis debeantur, non

S 3

est

278 Tratt. III. In II. Præcept. Decal. Cap. II.

est ratio, cur unum alteri præferatur. Idem est in legatis. Communis apud citt. Casum vnum singularem ponam in fine. Denique meto monent DD. quemlibet teneri vota sua re persolvere, dum adhuc vivit, atque etiam moribundum ad hoc à Confessario inducendum esse, non sufficere, ut hæredibus committat, ut palli sed pessimè fit, ob morale periculum defraudanis. Dicta autem semper intelligenda sunt hac exceptione: nisi defunctus eorum votorum solutionem, dispensationem, vel commutatio impetraverit, vel aliter vota extincta sint, indicenda c. seq. Non enim obligatur hæres ad ta extincta, sicut nec amplius obligatus fuit ipsi

§. IV.

Vota mixta.

134. **O**bligatio votorum mixtorum quoad personale, omnino etiam personalis est ipsi venti, nec potest, nec tenetur per alium impleri, nec ad hæredes transit, ut si vovisti peregrinatio Lauretum, & ibi Calicem offerre, non peregrinatio, sed Calix tantum offerendus ad hæredes transit. *Communis.*

135. II. Obligatio votorum mixtorum, etiam quoad reale, si hoc solùm accessoriè promissum fuerit, ad personale tantum principaliter promissum, personalis manet, nec per alium implerere potest, tenetur: nec ad hæredes transit. v. g. Vovit quis peregrinaturum Romam, contra hostes Fidei militaturum; principale promissum est personale accessorium autem tantum est reale, scilicet summa

ptius
milit
non t
vel m
stare
docer
3. n.
non te
teneb
per.
dium
sis mil
profic
ri era
alios,
dense
Abbas
12. n.
ta vot
cessor
tione
cte o
suscep
modo
pollic
cum
esett
men c
III.
princ



ptus nececessarios expendere in peregrinatione, vel militia; si ipse non possit peregrinari, vel militare, non tenetur sumptus mittere ad illam Ecclesiam, vel militiam: neque eo defuncto, tenentur id præstare hæredes: ut (contra Sanchez.) ex communī docent Suar. l. 4. c. 11. de voto in fine Laym. cit. c. 3. n. 14. Si enim ipsemēt vovens vivens ad id non tenebatur, multò minùs defuncti hæres ad id tenebitur. Nec obstat, quod dicitur c. quod super. *De voto.* Quod habentes votum in subsidium Terræ Sanctæ in propria persona, & expensis militare, si ob impedimentum perpetuum eō proficiisci non possint, cogi debeant, ut, *quas facturierant impensas, transmittant, exequentes per alios, quod per se nequeunt expedire.* Respondens enim rectè Innocentius in cap. *Licet de voto.* Abbas in ipsum cap, *Quod super n. 5. Navar. c. 12. n. 55.* alii post ipsos; illud non fuisse ex natura voti illius, quod principaliter personale, & accessoriè tantū reale est; sed ex speciali constitutione juris facta eo tempore in favorem Terræ Sanctæ ob gravissimam necessitatem, ut, qui Cruce suscepta, votum militandi susciperent, quocunque modo possent, sive per se, sive per alios auxilium polliceri censerentur. Ideoque in aliis casibus locum non habet. Excipe semper: Nisi expressa esset talis voventis intentio, ut si ipse non possit, tam collatis expensis, per alium faciat.

III. Obligatio votorum mixtorum quoad reale 136
principaliter, & per se promissum manet, etiam

S 4

im-

impedita, vel cessante obligatione personali votum nimirum, aut reale sit principaliter promissum, personale accessoriè tantum, aut utrumque per & divisim promissum sit: eaque obligatio adhuc transit. *Omnes*. E. g. Vovit quis pro manibus eleemosynam dare, proprio labore, sumptu Altare construere: principale promissum est reale, scilicet eleemosyna, erectio Altaris; personale vero est accessorium, quo impedito, si sed ipsem et eleemosynam dare, vel laborare non sit, tenetur tamen pecuniam illam administrare eleemosynam, vel Altare construendum. Vovit quis ad Limina Apostolorum peregrinari lampadem argenteam offerre: In bellum fac proficisci, & tot socios milites secum ducere. Si peregrinari, vel ad bellum proficisci neque tenetur tamen nihilominus mittere lampadem ad illam Ecclesiam, ac milites promissos ad bellum quia, ut supponitur, reale hoc votum, per divisim, ac independenter à personali editum est. *Sanch. num. 13. Laym. num. IV.* Atque eo modo idem praestare tenentur heredes; quia veritate realia sunt, juxta dicta §. precedent. Ex quo rursus semper, nisi alia fuisset, voventis expressio intentio.

137 IV. Tandem accipe casum singularem, aereorem. Titius periclitans, vovet certo loco Sacrum B. Mariae Virginis: eamque in rem pecunias ostinat, curat candelabra argentea, aliisque super altilem sacram pretiosam. Diu post hoc votum nondum persolutum rapitur in vincula ob perduellio-



nis crimen, cuius adhuc viventis bona addicuntur fisco. Tenebiturne fiscus sæcularis votum illud ratum habere, sic ut non possit illas pecunias, & suppellectilem sacram in profanos usus convertere? Respondet affirmativè P. Gobat. hic casu 1. n. 47. Ratio est: quia fiscus, licet non sit propriè hæres Reorum læsæ Majestatis, habetur tamen loco hæreditis, & tenetur ad omnia debita Rei. Expresso textu L. Non possunt ff. de jure fisci. Imò etiam ad omnia legata. L. Dicitur. eod. cum Gloss. Ergo tenetur etiam ad omnia vota realia Rei, quandoquidem hæres, (cui comparatur fiscus) debeat relata vota defuncti præferre legatis, ut suprà dictum ex Sanch. & Laym.

SECTIO IV.

Votorum divisio, & violatio.

SUMMARIUM.

- 138. Votorum Garia divisio.
- 140. Votum conditionatum obligationem imperfectam, & suspensam parit;
- 141. Que impletâ conditione perficitur, & absolvitur.
- 142. Usque ad n. 146. Quam tamen obligationem bohens, nisi aliunde peccatum sit, licetè impedit, seclusa vi, vel fraude.
- 146. Cum quis vi vel fraude impedit, ne voti conditio ponatur, tutior quidem sententia est, votum adhuc obligare;
- 148. Nihilominus tamen valde probabile est, tunc obligationem adhuc cessare.
- 149. Ubi tamen semper accuratè exploranda est intentio bohensis; & an res adhuc sit integra, quia tunc tenetur non impedire conditionem. Et hinc sequitur.

282 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. II.

250. Qualiter intelligenda sit communis illa conditio?
Si Patri placuerit &c.
251. Votum pœnale quid est quotuplex?
252. Si in voto pœnali opus principale illicitum, vel im-
pudibile fiat, aut ejus obligatio dispensematur, eo ipso
etiam obligatio pœnae.
254. Ignorantia vel oblitio excusans à culpa, extusatio
à pœna.
255. Votum, si blasphemavero Eccl. dabo hoc, vel illud in
leemosinam Eccl. ordinariè intelligitur toties, quoties?
256. Usque ad n. 161. Ad quid, & qualiter teneatur,
vobis generatim & indeterminate aliquam Religionem?
161. Ad quid teneatur, qui vobis aliquam Religionem
Monasterium determinatè?
162. Qui vobis aliquam Religionem determinatè, quod
licet posse, vel non posse, etiam jam professus,
re & jurare aliam?
163. Dubius an vobis solùm ingressum & probationem
verò etiam professionem in Religione, presumere
se tantum vobisse ingressum.

138 **V**otum varie dividitur 1. In personale; reale;
mixtum: jam explicata assert. præceden-
ti. 2. In temporale, & perpetuum. *Votum tem-
porale* est, quod ex intentione voventis solùm ad ce-
tum tempus, vel pro certo tempore obligat: ut
bibendi vinum per totam Quadragesimam, vi-
Hebdomadam sanctam. *Votum perpetuum* est
quod ex intentione voventis perpetuò, seu tota via
obligat, & servandum est. Ut votum Casti-
perpetuae, nunquam bibendi vinum nunquam lude-
di. &c. 3. In simplex & solemne. Votum sim-
plex est, quod solùm privatè voventis voluntate,
auctoritate concipitur, non interveniente publica
Ecclesiæ acceptatione, ut in hactenus exemplis.

latis. Votum *solemne* dicitur, quod concipitur cum publica Ecclesiæ authoritate, & acceptatione *solemni*, susceptione alicujus statûs immutabiliter conjunctum, ut vota Professionis Religiosæ, votum Castitatis in susceptione Sacri Ordinis, una cum susceptione Sacri Ordinis ex institutione Ecclesiæ saltem implicitè conceptum. Aliud votum *solemne defacto* in Ecclesia non habetur. 4. In *absolutum, & conditionatum.* Votum *absolutum* est, quod ex intentione voventis absolute obligat, nullâ admixtâ conditione arbitrariâ extrinsecâ. Nam conditiones in voto ex natura rei vel dispositione juris imbibitæ, non faciunt votum *conditionatum*, sicut & in aliis actibus. Votum *conditionatum* est, quod ex intentione voventis obligat dependenter ab aliqua conditione arbitrariâ extrinsecâ ponenda. Idque rursus duplex; *simplex* & *pœnale.* Votum *conditionatum simplex* dicitur, quod dependet à conditione favorabili, seu quæ non sit pœna. Ut voveo me peregrinatum, Religionem ingressurum, si Deus me de naufragio, vel infirmitate liberet. Votum *conditionatum pœnale* est, quo vovetur, aliqua pœna sub conditione lapsus subeunda. Ut, si denuò lusero, me inebriavero, in peccatum carnis lapsus fuerō &c. Votum *conditionatum & pœnale*, itēque ingrediendi Religionem, hīc particulariter explicanda sunt. Vota *solemnia supponuntur suis nota.*

§. I.

§. I.

Votum conditionatum.

ASSERTIO V.

I39 **V**otum conditionatum. quod nimirum ex intentione voventis obligat ad aliquid faciendum, vel omittendum, dependenter à conditione ponenda in ipso voto apposta, obligationem imperfectam, & suspensam parit, qua perficitur, si solvitur posita, seu impletâ illâ conditione: quamen (nisi aliunde peccatum sit) licet impedit vens, seclusa vi, vel fraude: cum bactamen i probabilitate cessat obligatio. Hoc ultimo excepto, reliqua certa sunt, ut brevi patebit explicacione.

I.

Obligationem imperfectam, & suspensam parit.

I40 **U**t potè dependentem ab eventu futuro in conditione apposito. Requiritur ergo. I. conditio apponatur in ipso actu vovendi, seu promittendi. Nam si semel promissio absolute facta est, votum jam perfectum, vel absolutum est, non licebit nec poterit deinde aliqua conditio, vel strictio adjungi: nam ut in simili habetur L. 4. Cod. De Don. quæ sub modo. Perfecta donatio conditiones postea non capit. Ex communi Sanch. l. 5. s. matr. disp. 6. n. 3. & lib. 4. de voto. c. 23. n. 7. Conditio addita debet esse de aliquo eventu futuro. Nam votum editum sub conditione eventus praesertim, vel præteriti, v. g. Si pater meus vivit; vel, si pater jam mortuus est &c. non est propriè conditionum, sed vel statim parit absolutam obligationem.

cōs.

conditio posita existat, et si per accidens suspensam, si conditio adhuc ignoretur; vel nullam obligacionem parit, si conditio apposita non existat. III. Quia votum conditionatum non parit quidem statim obligationem perfectam, parit tamen obligationem imperfectam, suspensam, quæ superveniente conditione perficitur, & absolvitur; ideo qui vovit conditionate, v. g. Religionem ingredi, si pater morietur; tenetur servare propositum implendi voti, quando conditio evenerit. Alioquin si ante eventum conditionis propositum mutet, nolens scilicet implere, etiam si conditio eveniat, jam liquidò est transgressor voti sui, peccatque pro ratione materiæ. Interim, dum eventus in conditio ne positus, & à libera voventis voluntate non pendens exspectatur, & speratur, tenetur vovens se non reddere inhabilem, non impotentem ad executionem voti: v. g. Qui vovit se Religionem ingressum, si pater ex India redierit: si sanatus, vel mortuus fuerit &c. is matrimonium contrahere non poterit, tametsi pater longo tempore emauserit &c. donec de ejus redditu; vel morte certior factus fuerit. Navar. l. 3. consil. 15. de voto edit 2. Sanch. cit. c. 23. concl. 6. arg. 6. in præsentia. c. Extua de sponsal. Laym. c. 6. n. 1. Secùs dicendum, si conditio honesta, & licita, ex libera voventis voluntate pendeat: tunc enim eventum illius vovens exspectare non tenetur. v. g. vovisti Religionem ingredi, si Doctor creatus fueris; vel, si iuseris amplius, si inebriatus, si fornicatus fueris: aut si Religionem ingredi velis, Carthusianum futurum; tunc

enim



enim nullo exspectato eventu liberè potes ad m
tias transire: quia conditiones istæ pendent ex lib
ra tua voluntate, honestè, vel etiam débitè illas
mittis: non ita pendent ex tua voluntate redi
sanitas, vel mors patris tui: quare peccabis ma
taliter, si non exspectato eventu uxorem ducas,
sic impotentem te ad ingressum Religionis
promissum reddas. Nota hic obiter ex Sanctis
non inutile, sed validum esse votum illud init
ium; Si in Religionem aliquam ingressus fu
Carthusianam ingrediar: quia melius est etiam
conditionate esse obligatum Deo ad aliquod majus
num, quam nullo modo esse obligatum. Attamen
votum illud conditionatum statim pro libitu co
mutare poteris in votum absolutum ingredi
Religionem minùs strictam: v. g. Canonicum
Regularium. Quia rursùs melius est esse abso
lignum Deo ad aliquod bonum, quam sub con
ditione libera ad quocunque majus bonum.

§. II.

*Perficitur, & absolvitur posita, seu impleta
ditione.*

¶ 41 **P**ositâ nimirūm, seu impletâ conditione in vo
tum appositâ, votum conditionatum omnino er
dit absolutum, & completum, statimque obli
gatum pro tempore aut præfinito à voente, aut proximo
commodo, juxta superius dicta. Si duplex con
ditione apposita fuit in voto, videndum, an utra
ponatur copulativè: & tunc utraque exspectatio
est: ut hic; voveo peregrinari Romam, si sanctor
us ero, & pecunias habuero. Si verò conditione

appo
Rom
cuni
votu
junct
de hi
levis
ditio
v. g.
mam
tua n
pias,
tione
ingre
mori
tuum
minu
si vot
deter
ditesc
ponit
si ver
condi
bend
nem
Sanch
quiva
eleem
in tuc
men
burin

appositæ sunt disjunctivæ, ut voveo peregrinari
Romam, si vel pater mortuus fuerit, vel aliunde pe-
cunias acquisiero: unâ tantum conditione impletâ,
votum obligat: quia etiam logicè ad veritatem dis-
junctionis sufficit unam partem esse veram. Nec
de his potest esse difficultas. Difficultas tamen non
levis est: an votum conditionatum obliget, si con-
ditio impleatur non determinatè, sed æquivalenter
v. g. vovisti certam summam eleemosynæ, vel deci-
mam partem lucri, si lucrum ex hac negotiatione
tua non frumento tuleris; & tu aliunde lucrum ca-
pias, & ditescas v. g. hæreditate, vel alia negotia-
tione: teneberisne voto? Item vovisti Religionem
ingredi, si pauper pater tua ope indigens tandem
moriatur: interim pater inopinatè evadit dives, ut
tuum ingressum non impedit amplius, an nihilo-
minus obligaberis voto tuo? Certum est, quod non,
si votum emissum fuit, sub illa conditione omnino
determinatè, scilicet si omnino ex hac negotiatione
ditescas: si omnino pater moriatur &c. sic enim nō
ponitur conditio, quam præcisè intendebas. Quod
si vero votum emissum est, non tam propter illas
conditiones determinatè, quam propter finem ha-
bendi facultatem dandi eleemosynas, aut Religio-
nem ingrediendi, jam te votum obligare censet
Sanch. eodem capite 23. n. 26. Quia per illam æ-
quivalentiam revera jam habet facultatem dandi
eleemosynam, vel Religionem ingrediendi, quod
in tuo voto principaliter intendebas. Contra ta-
men te non obligari censet Castro-Palau cum Tam-
burino l. 3. Disalogie. 12. §. 6. n. 4. cù quod vo-

venis

vens non intenderit se obligare , si quomodo
que cessante impedimento facultas illa fiat (nisi
expressisset) sed si fiat modo de facto expresso
hanc negotiationem , per mortem patris : hoc a
tem modo non sit facultas : ergo &c. Satis prob
biliter : sed prius est tutius:

§. III.

Quam tamen , nisi aliunde peccatum sit , liciti
pedit vovens , seclusa vi , vel fraude.

Solemnis est quæstio , utrum vovens pecc
at per eum stet , vel ipse obstat , quod minus con
tio in voto posita impleatur ? Dicimus ergo

142 I. Si conditio bona , ac licita pendeat ex lib
voluntate voventis , non peccat vovens , si eam
vitet , & impedit , ob eam solùm causam , ne va
ti obligationem contrahat . E.g. Vovit quis se
leemosynam daturum , si luserit , si juraverit , si vale
domum intrârit &c. non peccat , et si ideo ludit
juramento , ingressu talis domûs studiosè abstine
ne voto obligetur , *Omnis* etiam citati . *Ratio* .
Quia cum talis vovens adhuc liber sit à suo voto in
plendo , poterit ejus obligationem subterfugere
quocunque modo non illico : atqui licitum est
non suscipere doctoratum , non ludere , non jurare
&c. ergo . Idque verum est , etiamsi talis conditio
impediatur , cum directa intentione obligationis
voti effugiendi , v. g. fæmina vovit dare eleemo
synam , quoties domo egreditur ; alia , quotidie
ingreditur Ecclesiam : Utraque postea penitentis su
diosè abstinet egressu domûs , & ingressu non ne
cessari

cessario Ecclesiæ, ne eleemosynam dare cogatur,
neutra peccat: idemque est in allatis exemplis.

II. Si conditio voti licet impediri nequeat, pec-
cat utique dupliciter, qui conditionem impedit,
ne voto obligetur. E. g. Vovit quis Religionem
ingredi, si toto hoc anno à fornicationis peccato
divinâ gratiâ præservatus fuerit: si talis intra annum
fornicetur eo animo, ut voti obligationem subter-
fugiat, peccat utique non tantum contra castita-
tem, sed etiam contra votum, & virtutem Reli-
gionis, violando aliquo modo pactum cum Deo
initum: quia tali modo vovendi censetur tacite
promisisse, quod saltem aliquem vitandi peccati
conatum, & divinæ gratiæ cooperandi adhibere,
ac sine dolo sincerè cum Deo agere velit. Ex com-
muni Swar. apud Laym. c. 6. n. 2.

III. Si conditio voti non mala ex naturalibus
causis, aut libero alterius hominis consensu, vel
voluntate pendeat, non peccat vovens contra vo-
tum, si illam conditionem impedit, seclusa frau-
de. vel vi. *Communis apud eosdem.* Ratio est:
quia vovens conditionate non censetur se obligasse
ad promovendam, seu nullo modo licito impe-
diendam conditionem voti, sed tantummodo illici-
to, doloso, vel violento, v. g. Vovisti Religionem, si
valetudinem Deus restituat, non peccas contra vo-
tum, si ex fragilitate excedendo in cibo, vel potu
sanitatem impediias, si dolus, & maligna intentio
eludendi votum absit: secus si dolosè, & datâ operâ
valetudinem lœdas, ne voto tenearis: tunc enim
non sinceriter agis cum Deo tuo. Item vovisti Re-

THEOL. MORAL. PARS III.

T

ligio-

290 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. II.

ligionem, si pater consenserit: non peccas con-
votum, si voti pœnitens patri dissuadeas, ne co-
sentiat bona fide, ac ratione: secus si fraude,
vi patrem circumvenias, ut dissentiat: quia tu
non relinquis ei liberam arbitrii sententiam; ex-
tamen votum tuum pendere volebas: *Suar.
alii cit:*

145 IV. Constat ergo apud omnes graviter pec-
eum, qui conditionem voti per vim, vel do-
impedit, ne voto teneatur: talis enim nimis ma-
festè Deo illudere convincitur. Insuper dicimus

§. IV.

*Cum hac tamen etiam probabiliter cessat obli-
tio voti.*

146 **D**ifficilior jam quæstio est, an, qui per dolorem
vel vim impedit, quo minus conditio
ponatur, nihilominus teneatur voto, non min-
quam si conditio impleta fuisset. *Exempla.* Ve-
quis Religionem, si pater consentiat, si Confe-
rius consulat, si spatio unius anni Deus à for-
matione præservet, si à morbo molesto liberet: sed
stea pœnitens voti, dolosè falsis allegationibus,
trem, vel confessarium circumveniat, ut assensio
vel consilium non præbeant, aut aliter vi, vel in-
de illos impedit, postea studio fornicatur, vel
temperanter vivendo sanitatem impedit, omnia
losè ob eam causam, ne voti reus cucullum indu-
re teneatur: an tamen nihilominus obligetur?

147 I. Affirmat communior probabiliter, & in
dubio tutior sententia DD. Navar. s. 12. num. 4.

San.

Sanch. l. 4. c. 23. n. 47. & tredecim citans probabilius suadet Diana p. 4. tract. 4. resolut. 101. Et omnino furent jura. L. in executione. §. ult. ff. de verb. oblig. *Quicunque sub conditione obligatus curaverit, ne conditio existaret, nihilominus obligatur.* Consentit Reg. 66. in 6. *Cum non stat per eum, ad quem pertinet, quod minus conditio impleatur, haberi debet perinde, ac si impleta fuisset.* V. g. Promisisti alicui centum florenos, si ædem tuam accesserit, si is ingredi volens, à te per vim, vel fraudem repellatur, perinde ei obligatus es, ac si ingressus fuisset. Eodem modo res se habet in casibus propositis, similibus. *Ratio à Sanch.* assignata est. Quia quoties apponitur conditio ab aliis causis sive naturalibus, sive liberis dependens, verus sensus ejus conditionis, atque adeò virtualis saltem intentio voventis debet esse; voveo talem rem, si per alias causas mihi involuntarias non sterterit, quo minus fiat: idèo enim talis conditio non dependet à voluntate, sed ab aliis causis, ut etiam contra suam voluntatem evenire possit: atqui cum tu per dolum, vel vim impedis, ne ponatur conditio, reverà per alias causas tibi involuntaria non stat, quo minus fiat votum tuum: ergo conditio censetur impleri, & tu obligari, ac si impleta esset. Vide quæ notabo mox N. III.

II. Nihilominus maneat probabilis nostra resolutio, tunc cessare obligationem. Sic Major in 4. d. 38. q. 1. proposit. I. coroll. 7. Suárez. cit. l. de voto c. 17. num. 20. Lcym. l. 4. tract. 4. c. 6. n. 4. Diana, Castro-Palaus, alii cum Tamburino cit. c.

12. I. 3. §. 6. n. 7. Ratio est, quia vel talis obligatur ad impletionem voti ratione conditionis plena, vel ratione peccati commissi. Non minus: quia revera, & simpliciter non adeat, impletur conditio, quam omnino, & expressa spexit intentio votantis: atqui votum non obligat ultra expressam intentionem votantis: & immo recurritur ad illam intentionem tacitam, & tualem, quod conditio praecise per alias causas votanti involuntarias debeat impediri, cum sit expressa intentio contraria, si conditio ipsa ponatur, quomodounque non ponatur: nulla est obligatio ratione conditionis impensisque ruit, vel saltem non convincit ratio *Sanchezii*. Neque secundum: hoc enim dicimus est inter violationem promissionis factae & factae homini, quod violatio promissionis factae homini quidem obliget ad compensationem, substitutionem damni illati, semper enim homini violationem juris sui infertur damnum in bonis utilibus, quod compensari potest, & debet: Atrox violatio promissionis factae DEO solum obligat ad pœnitentiam, & satisfactionem pro peccato, seu injuria illata Deo, & non ad aliquam compensationem, seu restitutionem: DEO enim transfiguratione voti nullum infertur damnum, quanto tui possit, ac debeat, sed tantum honor, & tus debitus aufertur, qui per pœnitentiam satisfactionem eidem restituitur: ergo ratione peccati in dolosa illa voti elusione, nulla obligatio voti implendi, ac velut compensatio

Jura autem supra allegata solum ita statuerunt de promissionibus humanis ad indemnem servandum promissarium, & non in promissionibus Deo factis, in quibus tota obligatio pendet ab expressa intentione voventis, quae in proposito non impletur, ut dictum est.

III. Cæterum duo hic valde advertenda sunt. 149

Primum; accuratè exploranda est intentio voventis, quæ interdum esse potest omnino le obligare, v. g. ad Religionis ingressum, *Si pater consenserit*; *vel, nisi pater contradixerit*: ut proinde nihil aliud impedire eum debeat præter patris contradictionem, vel dissensum. Hoc casu, si vovents dolo circumveniat patrem, ut contradicat, qui alioquin non contradiceret, voto nihilominus obligabitur, eò quod conditio, considerata vovents intentione, satis impleta censeatur, quando pater non ex se ipso voluntariè, sed tantum fraude voventis circumventis contradicit. Atque hoc casu locum habet ratio *Sanchez* supra allata. *Secondum*; Quando res est adhuc integra, certum est voventem debere cessare ab impediendo, & exspectare, an ponatur conditio: ut in dicto casu pater non statim contradicat, sed deliberet; interim tu à dolosa persuasione cessare debes, & exspectare ejus mentem. Unde qui de industria se male gerunt in Religione, ut sic dimittantur, non sunt tuti in conscientia dimissi, sed post dimissionem debent instanter petere receptionem, ut voto satisfaciant. Quia res adhuc semper est integra; semper enim possunt se emendare, & idoneos receptioni

T 3

redde-

294 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. II.
reddere, quandiu spes est receptionis; donec ultimatae repulsi excusentur.

150 IV. Denique ex dictis explicandum est, quomodo intelligenda, & impleri censenda sit solemnissima conditio in votis (idemque in aliis promissionibus) filiorum: *Si patri placuerit, &c.* Hanc questionem latè tractat Sanch. l. 5. de Matr. diff. q. 7. Ex quo accipe compendiò. I. Si pater cognitâ, voto, vel promissioni primò statim consentiat, censetur impleta conditio, & obligatio contracta: quæ minimè tollitur, et si is postea, mutata sententiâ dissentiat, nisi filius fortè adhuc sit pubes, juxta dicenda cap. seq. è contra si pater primò statim dissentiat, deficit conditio, & obligatio neque revalescit, et si pater postea consentiat, post Azorium & alios, Sanch. & Laym. cit. contra Syvestrum & Navar. Quod si vero voventur vel promittentis intentio fuerit obligandi se omnibus modis, dummodo sine patris offensione fieri possit, tunc, et si pater primò ægrè ferat, & dissentientem postea vero consentum præbeat, obligatio contractetur, si interim nulla mutatio notabilis sit facta ut cum aliis bene notat Laym. cit. n. 3. II. Si pater nec consensum, nec dissensum exprimat, alia signa, & conjecturas attendendum est. Non in quibusdam personis, consideratis circumstantiis, taciturnitas mœrorem animi indignè ferent significat; & sic deficiet conditio, & obligatio. Aliis vero significat tacitum consensum, vel solum non repugnandi voluntatem, ut notat DD. Et sic palam impletur conditio: *nisi pater contra*

dixerit : non ita liquidò : si pater consenserit : vel,
si patri placuerit. Ideoque in praxi mens ejus ma-
gis exploranda est. Ubi nota differentiam inter
has duas conditiones : *si pater consenserit :* &, *nisi*
pater contradixerit. III. Si pater expressè dicat,
se quidem non contradicere, vel dissuadere, sed
etiam non suadere vel consulere : tunc censetur es-
se impleta voti conditio, *si patri placuerit :* nisi con-
staret aliam fuisse voventis, vel promittentis inten-
tionem. Qui enim vovit, vel promisit sub con-
ditione paterni placiti, vel consensū, ejus animus
fuisse censetur obligare se, *nisi pater contradicat,*
dissuadeat, vel agre ferat positiuē, quod in pro-
posito non fit. Nam, ut ait Juris Consultus Regu-
la juris 142. ff. *Qui autem tacet, non utique fate-
tur, sed tamen verum est, cum non negare, sive*
contradicere. Vide Laym. cit. cap. 6.n.3, IV. At, si
pater moriatur fortè., priusquam ejus placitum,
consensum, vel ratihabitionem petas? R. saltem si
pubertatem ingressus es, ipsa mors patris habebitur
pro assensu, qui sine dubio non volet amplius te
impedire ab opere bono; neque aliter consensum,
vel placitum supposuisti, nisi quatenus ejus potesta-
tis subes : nunc autem non amplius subes.

§. II.

Votum pœnale.

VO tum pœnale est, quō vovetur pœna sub ¹ *conditione subeunda:* seu, ut describit Sanch.
l. 8. de Matr. disp. 10. n. 1. cùm vovens minimè
alioquin affectus ad rem, quam in pœnam vovet;

T 4

sed

296 Tract. III. In II. Praecept. Decal. Cap. II.

sed ideo eam ita promittit, si crimen aliquod commiserit, ut illius incurrendæ timore retrahatur criminis committendo. Duobus modis fieri potest
Primum modo, si quis duplex votum emittat, scilicet rem aliquam absolutè faciendi, vel omittendi, quam animus inclinatus est; & deinde, si non præstiterit, aliud quidpiam, ad quod animus inclinatus non est, tanquam in criminis pœnam praestandi: ut si voveas te non fornicaturum; si autem nunc fuit, Religionem ingressurum: aut te iusurum; si autem iuseris, tantam eleemosynam daturum. **Secundo modo**: Uno simplici voto iùm vovetur, ac promittitur pœna, tamen sub conditione, si id, quod proponit, non præstiterit, vovo me Religionem ingressurum, si fornicarero: eleemosynam daturum, si denuò iusero. Circa quæ breviter rta resolvendum est.

I. 152 In voto pœnali, si res à vovente principaliter intenta, aut impossibilis, aut Deo accepta non vel fiat, tunc cadit etiam obligatio pœnæ, v.g. visti, vel jurasti, te jejunaturum, vel eleemosynam daturum, si vindictam sumseris: si cum iniuncto locutus fueris, si in talem domum ingressus fuisti, &c. seclusâ justâ causâ non ingrediendi, &c. in la est obligatio pœnæ. **Ratio est**: quia pœna solit accessoriè sub conditione rei principalis promittitur: si ergo res principalis præstanda non sit, que pœna locum habebit,

I. 153 II. Si obligatio voti per dispensationem subfuerit, eò ipso cadit etiam obligatio pœnæ, licet ea in dispensatione nulla sit facta mentio. **Ratio**:

quia pœna habet ordinem ad transgressionem: sed post dispensationem voti non habet locum transgressio: ergo neque obligatio pœnæ. Secùs dicendum, si transgressio voti jam semel accidisset. v. g. Vovisti te non lusurum, & si luseris, eleemosynam daturum, &c. si lufisti semel, jam reus es tam voti, quām pœnæ, & posteà absolutus à voto, non absolveris à pœna anteà contractâ, sed solùm à pœna contrahenda imposterum, ut benè notat Lay. cit. c. 5. n. 2.

III. Quandoenque aliquis ob ignorantiam, vel **I 54** oblivionem inculpabilem rem principalem perficerem omisit, non obligatur pœnâ, quippe, quæ locum non habet, nisi ubi voluntaria transgressio est. v. g. Vovisti singulis festis audire Sacrum, tali Vigilia jejunare, &c. omittis inculpatè ignorans esse festum, vel Vigiliam eo die, aut oblitus, vel non recordatus voti tui, &c. non teneris pœnam solvere: perinde enim est, ac si aliàs justè impeditus fuisses. Nemo quippe ceretur vovisse pœnam, nisi ob culpabilem transgressionem, &, *Omnis pœna, si justa est, peccati pœna est*, ait. S. August.

I. 1. Retractat. c. 9. At verò, qui memor voti sui: v. g. non ludendi, non fornicandi, &c. etsi non recordatus pœnæ annexæ, violaret votum suum, adhuc tenebitur pœnâ apposítâ saltem moderatâ, & non exorbitante. Secùs, si pœna elset exorbitans, & gravissima v. g. ingressus Religionis, difficillima peregrinatio, si fornicatus fueris, &c. Ex communi Sanch. *I. 4. Moral. c. 22. n. 17.* Laym. *cit. n. 3.* Ratio est: quia voti obligatio est instar alterius legis humanæ: atqui qui legem la-

T 5

tam



298 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. II.
tam vovit, etsi ignoret, vel obliviscatur anno
pœnam, nihilominus eam incurrit, eaque justi
nitur, nisi pœna exorbitans sit, aut censura
alibi notavimus.

155 IV. Quoad pœnam solvendam ita disting
dum est. 1. Si quis duplex votum edidit, v.g.
non blasphematurum, & si blasphemaverit,
molynam daturum, liquidò tenetur ad solven
pœnam toties, quoties blasphemando votum
gressus fuerit. *Omnes. Sanch. cit. n. 21.* La
cit. n. 4. Ratio est: quia sicut votum principale
blasphemandi ad omne tempus semper refer
ita & votum accessorium de solvenda pœna ad
ne tempus transgressionis referendum est. Qua
tione etiam illud votum accipi debet. *Vovea me*
nibus diebus Sabbati Missam auditurum; O
non audiero, me talem eleemosynam daturum.
Qui unum tantum votum edidit de pœna solven
si tale quid commiserit; consideranda est inten
tio voventis, quæ ordinariè etiam est perpe
sibi interdicere talem rem sub proposita pœna,
ut quoties transgressio fiat, toties pœna solven
Si verò spectatis omnibus circumstantiis, de
tentione voventis constare non possit, sed ob
hium maneat, an vovens intendet solvere pœna
pro omni, an verò pro prima tantum transgra
ne, probabile est, solum pro prima vice transgra
nis debere pœnam solvere. Ita *Eman. Sa. v. vota*
num. 26. approbante *Liym. eit num. 4.* Rat
quia cum de obligatione voti agitur, benignior
amplectenda est in dubio in favorem voventis, in
vâ verborum proprietate; atqui verba ista votu:

Si blasphemavero, voveo me aureum daturum pauperibus, propriâ & usitatâ acceptione intelligi possunt de prima tantum transgressione; ergo si vovens de intentione sua dubitet, hanc benigniorem partem amplecti poterit. Verum mihi arridet regula collecta ex Sanch. Laym. sape citatis apud Tambr. cit. c. 12. §. 7. num. 2. Quando poena est ex ordinariis, qua que iterari solet, intelligitur toties, quoties. Quare, si vovisti jejunare, moderatam elemosynam dare, si ebrius, vel fornicatus fueris, obligatus es, quoties ebrius, vel fornicatus fuisti. Quando autem est ex peccatis gravioribus extraordinariis, quæque iterari non ita solet, in prima tantum transgressione peccata urgetur, non in sequentibus; ut si vovisti peregrinari Romam, si fornicatus fueris, &c. Ratio est: quia non est verosimile voventis intentionem fuisse sibi imponere toties, quoties, peccatas istas insolitas; verosimile autem est, voluisse moderatas, & solitas.

§. III.

Votum ingrediendi Religionem.

RESOLUTIONES.

Prima. Qui generatim, & indeterminatè votum se aliquam Religionem ingressurum, ex communi doctrina cum S. Thoma, 2. 2. q. 88. a. 3. ad 2. tenetur moralem adhibere diligentiam, ut in aliquem Religiosorum Ordinarii recipiatur: adeò que repulsus ab uno, debet alium Ordinem, & interdum unius Ordinis plura Monasteria adire, & repetitionem serio petere, quamdiu spes probabilis superest, se alicubi receptum iri; dummodo exinde non

300 *Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. II.*

non oriatur magna, & improvisa difficultas. I
enim obligatio voti, sicut & cuiuslibet spontanea
promissionis, benignè & strictè interpretanda si
ut non extendat se ultrà voventis, vel promittere
intentionem, etiam tacitam, seu probabiliter pos-
sumptam: adeoque nec ad speciales, & impro-
difficultates se extendat; quas vovens probabili-
mè excepisset, si ei in mentem venisset, vel super
his interrogatus fuisset. Et hinc resolves

157 I. Talis ita generaliter Religionem vovens,
potest quamlibet minus strictam eligere; ita
nulla moderata Religione reciperetur, non ten-
tur ingredi strictissimam, v. g. Carthusianorum
etsi facile recipiendus, si affirmet, vel ex qualitate
personæ colligi posset non fuisse ipsi mentem esse
ad tales Religiones strictas se obligare. *Sylva
Angelus*, aliisque citt. Sanch. lib. 4. moral. 6.
num. 49.

158 II. Si talis in sua civitate, vel Provincia non re-
piatur, non tenebitur adire Provincias extraneas
cum gravi incommodo, si affirmet, vel ex qualitate
personæ colligi possit, suam intentionem eò ul-
te non extendisse: utpote, quia inops, debilis, ex-
ternæ linguae imperitus, & maximè si fæmina sit,
quibus peregrinari incommodum, & indecorum est.

159 III. Sitalis idoneus ad Clericatum non recipi-
tur, nisi ad statum laicalem, non tenetur ingredi
si id se non intendisse affirmet, vel ex qualitate per-
sonæ colligatur, utpote, si nobilis, delicatus, inge-
nio, doctrinâ prædictus. Vide Sanch. Laym. *Tract. 5. de statu Religionis* c. 6. n. 1.

IV. Q

IV. Qui sic Religionem absolutè vovit, si non 160
recipiatur, nisi in Monasterio, vel Ordine, cuius di-
sciplina collapsa est, ut nec substantialia quidem vo-
ta observentur, non tenebitur: imò licetè non po-
terit ingredi, ob pericula subversionis, ut notat
etiam Navar. c. 12. n. 45. aliisque cum Sanch. &
Laym. cit. n. 5.

R E S O L U T I O II.

Qui Religionem aliquam determinatè vovit, S. 168
Benedicti, S. Francisci, &c. vel certum aliquod
Monasterium ingerdi. 1. Tenetur in primis sin-
cero animo petere, ut recipiatur: atque etiam se-
mel, iterumque repulsi solùm constantiæ proban-
dæ causâ, non solvit voto: ac si postea Religiosi,
mutata voluntate, eum recipere parati sunt, obliga-
tur voto ad ingrediendum. Sanch. cit. n. 70. Lessius
l. 2. c. 41. Laym. cit. n. 2. Excipe: Nisi interea no-
tabilis mutatio facta fuerit sine fraude voventis: ut
si interim disciplina collapsa, Monasterium destru-
ctum: si vovens interim desperans receptionem,
bona fide aliam Religiosum ingressus fuerit, spon-
salia inierit, vel criminis commisso, infamis factus
fuerit. 2. Qui ita certum Ordinem, vel Mona-
sterium ingredi vovit, examinare debet intentio-
nem suam: Quòd si enim principaliter intendit vo-
vere Statum Religionem, vel Religionem absolutè,
& solùm secundariò determinavit ad hunc Ordi-
nem, vel aliud Monasterium se conferre, tenebi-
tur, juxta dicta Resolut. preced. 3. Quòd si verò
principaliter intendit hunc specialem Ordinem,
vel locum ingredi, ob specialem affectum ad illum,
ad eo que

302 *Traſt. III. In II. Præcept. Decal. Cap. II.*
adeoque Religionem non absolute, & divisi-
omnino copulatim cum dependentia à tali Reli-
gione, vel Monasterio promisit: tunc in eo Ordin-
vel Monasterio ferio repulsus, omnino liber
voto, juxta communem DD. cum S. Thoma
q. 88. a. 3. ad 3. *Navar. Sanch. Laym.* citi.
utriusque patet ex dictis suprà de materia mixta
si divisi, vel copulatè promissa. 4. Denique
tinetur ingredi ultra suam intentionem: up-
te intendis et ingredi hunc Ordinem, vel tale
monasterium, quia credebat in eo observantiam
strictam, postea comperit esse relaxatam; aut
credebat esse moderatam, postea comperit esse
dèrigidam: ut etiam suprà de materia voti nota

R E S O L U T I O III.

162 **Q**ui vovit determinatè ingredi unam Reli-
gionem laxiorem: I. Licite, & optimè ingre-
ditur, ac profitetur aliam strictiorem. *Omnes.*
cap. Licet. De Regularibus; quin, ut ibidem
betur: etiam solemniter professi unam laxioram
licitè ingrediuntur aliam Religionem strictioram
petitâ tamen, ob respectum sacræ obedientiæ,
cèt non obtentâ Superioris licentiâ. II. Profes-
Religionem strictiorem, in qua tamen non in-
vatur Regula, nec spes est Reformationis, in
ingreditur aliam minus strictam, in qua servatur
Regula, petitâ similiter, et si non obtentâ Super-
ioris licentiâ: uti docent *Ludovicus Lopez,* aliis
citt. Rodriguez tom. 3. Q. Q. Regularium. q.
a. s. *Sanch. Laym. citt. n. 10.* Contrà vero,
vovit ingredi, & profiteri Religionem strictioram

obseruantem, utique peccat ingrediendo, & profitendo laxiorem; quia minus præstat, quam Deo votô promiserat: attamen professio valida erit, & voventem à priori voto liberat; quia nimis votum solemnē Professionis, quo Religioni laxiori jus acquisitum est, derogat voto priori simplici, quo alteri Religioni strictiori nullum jus acquisitum fuit. Ut habetur cap. qui post. *De Regul. Juris in 6.* III. Similiter peccat, qui vovit se Religionem ingressurum strictiorem experiendi causâ, postea ingrediendo laxiorem sine intentione, & obligatione perseverandi, & profitandi: quia minus iterum præstat, quam promisit: cum plus sit Novitium esse in Religione strictiore, quam in laxa. Attamen votum ingrediendi, & experiendi Religionem strictiorem ipsem vovens licet commutare potest in votum ingrediendi, & experiendi Religionem laxiorem. Quemadmodum etiam, si tempus ingrediendi Religionem strictiorem ex voto nondum advenisset: v.g. si vovisset, absolutis studiis iugredi Carthusiam, interim non prohiberis ingredi, & expiri Ordinem laxiorem, v.g. S. Benedicti, cum intentione, vel in eo Ordine profitandi, vel prius votum, Carthusiam ingrediendo, exequendi. Ut cum S. Antonino, & aliis benè docet *Sanch. cit. c. 16. n. 18. & 20.* Quia nimis votum profitandi Religionem etiam laxiorem, cum contineat perpetuum Dei obsequium, absolute melius est, & plus obligat, quam votum solum ingrediendi, & experiendi Ordinem quantumcunque strictiorem, quod per se solum temporale DEI obsequium continet: juxta illud

cap.

304. Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. II.

cap. scripturæ Deo voto, &c. *Reus frati voti*
quatenus non habetur, qui temporale obsequium
perpetuum noscitur Religionis observantiam
mutare. IV. Eum, qui Religionem ingredi, &
fiteri vovit, non posse suscipere Episcopatum,
suscepsum dimittere, ac votum suum exequi
re, contra Abbatem, Henriquez, Rodriguez,
alios, communis, & vera est Sententia DD.
Sanch. Lessio. Laym. cit. n. 15. Ratio est: qui
est de meliori bono, ut supra de materia voti
sum est. Intellige tamen: seclusa dispensatio
quam Papa concedere potest; & re ipsa con-
censetur, si conscius talis voti, voventem affi-
ad Episcopatum.

RESOLUTIO IV.

163. **Q**ui absolute Religionem vovit, intentionem
suam non satis exprimens, sed dubius man-
an voluerit se obligare solum ad ingressum, &
bationem, an vero etiam ad professionem,
sumendum est tantum se voluisse obligare ad
riendum, non item ad profitendum absolure.
contra Navar. & Rodriguez, &c. docet commu-
& secura sententia DD. cum Suarez l. 4. de o-
8. n. 7. Sanch. cit. c. 16. num. 86. Quos sequi-
Laym. cit. Ratio est; quia voventium Religionis
nisi aliud exprimant, ea communiter esse sole-
tentio, nimis ingrediendi, & experiendi, ut
ipsis expediat, nec ne. Deinde vota, & pacta se-
dum jus commune, & consuetum morem im-
pretanda sunt in dubiis: at qui jus commune di-
nit ingredientibus anni spatium ad experiendi

ergo &c. Denique cùm votorum obligatio sit strictæ interpretationis, & benignæ in favorem votantem, sicut in dubio, utrum aliquis simpliciter votavit, censetur esse liber, ita etiam in dubio, utrum aliquis unum solum, an verò duo voverit, nimirum & ingressum, & professionem, censendus est liber ab altero, de cuius obligatione dubitat. Insuper hic aliqua observanda sunt. 1. Is, qui sic vovit, Religionem siacero animo ingredi, & aliquam morallem conatum adhibere, debet se accommodare moribus Religionis, cum proposito perseverandi & profitandi, si eam sibi convenienter expertus fuerit. Quare licet is, qui absq; voto Religionem ingressus, absq; omni justa causa egreditur, peccet solum venialiter ob levitatem animi; is tamen, qui cum tali voto Religionem ingressus, sine omnirationabili causa egreditur peccat mortaliter ob transgressionem voti: *Cajet. Nav. alii cum Sanch. ii. c. 16. n. 90: Laym.* quòd si tamen bona fide ingressus, ex justa causa egrediatur, tali voto omnino liberatur. Satis est enim semel præstitti, quod promisit, scilicet ingredi & experiri Religionem, an sibi conveniens sit. 2. Qui verò expresse vovit Religionem non tantum ingredi, sed etiam profiteri, seu in ea perseverare ita astringitur voto ad professionem, & perseverantiam (etsi Religio non usque adeò conveniens sit) ut exire sponte nequeat, & annus probationis non tam sibi, quam Ordini serviat: adeò ut licet ex justa causa egrediatur, si tamen spes sit, ipsum denuò receptum iri, teneatur adhuc ex voto suo ingredi: cùm votum absolute conceptum impedimento

THEOL. MORAL. PARS III. V. tem-

306 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. II.
temporali non extinguitur: ut si quis ob mortu
esset egressus, isque morbus penitus cesset. 3.
absolutè, & expressè vovit & Religionem, &
tinentiam: aut Castitatem vovit principaliter,
independenter à Religione; is impeditus, vel
ratus à Religione, adhuc obligatur voto Castiti.
Qui verò Religionem vovit principaliter, & Ca
titatem solum accessoriè, & dependenter à Reli
gione, is impeditus, vel liberatus à Religione, libe
ratus à voto simplici Castitatis accessorio.
Ruente principali, ruit accessorium. De quo
controversia. 4. In dubio autem, quonam
talis voverit Castitatem cum Religione, si nego
verbis voventis, neque ex circumstantiis conje
cta capi possit, post adhibitam diligentiam, po
vovens eligere sensum, quem vult, sibique mu
faventem: nimirùm vovisse Castitatem depen
ter à Religione: uti ex *ex Sanch. & Laym.* §.
cedenti indicatum est.

S U B S E C T I O.

Voti violatio.

S U M M A R I U M.

164. Quale peccatum sit votare aliquid inconsiderat
intentione promittendi, obligandi, vel implemen
tandi?
167. Usque ad n. 170. Qualiter peccat votans reman
impossibilem, & indifferendum?
170. Usque ad n. 173. Quale peccatum sit transgre
dilatio voti, ac de voto emiso panitere?
173. In Confessione votorum violatorum opus non est
care eorum materiam.
174. Nisi ea aliunde precepta, vel prohibita sit,
175. Licet votum Castitatis simplex; selemne; & sacri
nis sint ejusdem speciei, tamen in confessione pro
exprimi debet votum selemne.

§. I.

*In ipso actu, & modo vovendi peccari potest
tripliciter.*

Primum Temerè, leviter, inconsideratè, & ex **164**
repentino quoque motu, vel ob respectum hu-
manum aliquid vovere, peccatum est, plerumque
tamen veniale tantum. *Communis DD. um Sanch.*
l.3. c. 1. n. 9. Peccatum esse, sumitur ex illo Eccle-
siastici §. *Displacet DEO infidelis, & stulta promis-
sio.* Votum autem ex levi metu, ac sine sufficiente
deliberarione emissum censetur missio stulta.
Accedit, quòd sit abusus voti ita temerè, & sine
matura consideratione vovere. Quia tamen non
cedit in gravem injuriam Dei, vel cultùs divini, ve-
nialem culpam per se excedere non potest.

Secundò. Vovere absque intentione promittendi, **165**
& se obligandi ad rem promissam, cessante scanda-
lo, & gravi irreverentia Dei, probabilius tantum
est peccatum veniale. Ita *Sanch. cir. n. 10. Cajetanus*
v. votum n. 3. Qui rectè determinat tunc solum
esse peccatum mortale, quando votum est solemne,
ut in susceptione Ordinis sacri, ac professione Re-
ligionis: in his enim, si externè voveas, iuxta inten-
tionem Ecclesiæ, ac Religionis vovere ex justitia
debes; aut etiam quando est votum simplex, fitque
publicè coram aliis; quia tunc esset mendacium
perniciosum, & periculosum, ratione divinæ irre-
verentiae coram aliis, & gravis scandali.

Tertiò. Vovere aliquid absque intentione, & **166**
voluntate illud implendi in re gravi, sine dubio est
peccatum mortale, *minium DD. consensu, ob gra-*

308 Tract. III. In II. Praecept. Decal. Cap. II.
vissimam irreverentiam, & virtualem irrisiōnēM
quasi Deus omniscius, ac corda intuens falli possit
Attamen in re levi probabilius est tantum peccatum
veniale, excusante parvitatem materiae, nec adeo grave
vem irreverentiam erga Deum inducente. Ita co
munis cum Sanch. cit. c. 8. contra nostrum Ma
chiant. & alios quosdam nimis strictos.

§. II.

*Circa materiam voti peccatur itidem
tripliciter.*

167 **P**rimò. Vovere rem mortaliter malam, sive
objecto, sive ex fine, vel circumstantiis, est peccatum mortale, & quidem duplex. Unum con
præceptum aliquod particulare; alterum con
virtutem Religionis: quia est gravissima irrever
entia DEI, & formale sacrilegium, fidelitatem
am velle ipsi DEO obligare ad ejus offendit
verò vovere rem solum venialiter malam, vel ad
nem venialiter tantum malum, est tantum peccatum
veniale; similiter duplex; & contra aliquod
præceptum particulare; & contra virtutem Re
gionis. Communis DD. *Armilla, Sylvester, So
Navar. Teletius*, aliisque citt. *Sanch. l. 4. mor
c. 6. n. 9. Laym. Tract. 4. c. 2. n. 6. Diana part. 4. trac
4. resolut. 160.*

Ratio est: quia cum tale
tum sumat totam suam malitiam à re mala promis
tale peccatum erit votum, quale est res promissa
adeoque si hæc mortal is, mortale; si venialis,
niale.

168 **S**econdò. Vovere rem impossibilem sub ratio
impossibilis apprehensam, est peccatum ma
tale.

talē : quia rem impossibilem Deo promittere , est verissima Dei irrisio & gravissima irreverentia . Secūs dicendum , si illa res per errorem apprehendetur , ut bona & possibilis : v. g. naturale jejunium servare per totam Quadragesimam .

Tertio. Vovere rem indifferentem , quatenus ¹⁶⁹ indifferentēs est : v. g. curare sibi novas vestes ; aut minus bonam : v. g. Matrimonium inire , non dare eleemosynam certo pauperi indigno , &c. est tantū peccatum veniale : quia hīc nulla notabilis intervenit irreverentia , vel injuria DEI .

§. III.

In executione , vel transgressione voti similiter peccatnr tripliciter ; omittendo , differendo , pœnitendo .

Primò. Omnis transgressio voti (sive per commis-¹⁷⁰ sionem , sive per omissionem) in re tamen ex natura sua , vel circumstantia gravi , est peccatum mortale : in relevi (sive ea tota , sive partialis tantum materia voti sit) est tantum peccatum veniale . Vide Sect. 3.n. 89.

Secundò. Dilatio voti , aut ex intentione voven-¹⁷¹ tis ad certum tempus sub mortali obligantis ; aut cum abjectione voluntatis illud implendi ; aut cum peticulo non implendi , vel impedimenti perpetui , absque omni causa probata , est peccatum mortale : alias veniale tantum . Vide eadem Sect. 3.

§. 4. toto .

Tertio. Pœniteret efficaciter de voto emissso ,¹⁷² cum voluntate , aut proposito illud deinceps non

* V 3

fer-

310 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. II.
servandi, aut quærendi quamlibet occasionem
causam, sive justam, sive injustam, se à voti
votatione eximendi in re gravi, est peccatum mo
secundum omnes. Ratio est: quia ejusdem m
tiae est transgredi velle, & transgressio ipsa: qui
tem sic efficaciter pœnitit, & dictæ voluntatili
consentit, censetur habere voluntatem tran
diendi votum emissum, adeoque juxta ratio
materiæ, peccare mortaliter. At verò pa
tantum inefficaciter, cum simplici tantum dis
plicia, tristitia, ac noleitate voti emissi, sustine
quasdam difficultates. vel anxietates in voto
duumodo perseveret firma voluntas semper imp
di votum, peccatum non est, per se loquendo.
Et a contra incentivum peccati, sicut enim ab
poterat homo non vovere, ita postea optare pos
quod non vovisset. Ad. òque propositiones
utinam non vovissem! Si non vovissem, amod
voverem amplius, &c. et si magna imperfici
sint, tamen stante firma voluntate implendi voti
peccata non sunt, per se loquendo. Per acci
tamen, quatenus talis displicentia voti redu
in ejus executionem, ut homo segniter, negligenter
& cum tardio votum exequatur, peccatum ven
accidente verò periculo prævaricandi, erit mo
Sic ex communi Laym. l. 4. tract. 4. c. 4. n. 3.

§. IV,

Circa Confessionem votorum violatorum

173 **D**rimò. In Confessione sufficit enumerare tra
gressiones votorum, omissendo, vel com
tendo, neque necesse est explicare materias voti

aliunde non præceptas, vel prohibitas. E. g. Titius vovit certo die jejunare, Missam audire, & recitare Coronam B. M. Virginis ; omnia omittit. Causus vovit tali die non bibere vinum; non ludere; non domo egredi recreationis gratiâ : at data occasione, vinum babit, ludit, recreatum exit. Uterq; satisfacit in Confessione dicendo, tria vota à me emissa semel transgressus sum. Ita cum aliis Lugo *de Pœnitentia diff. 16.n. 115.* Ratio est: quia omnia vota edita de rebus ex se non præceptis, vel prohibitis, sunt ejusdem speciei, consequenter etiam transgressiones ejusdem speciei erunt: ergo sufficit in Confessione exprimere numerum transgressionem mortalium, nec opus est explicare materias aliunde non præceptas, vel prohibitas.

Secundò. At verò, si materia votorum aliunde præcepta, vel prohibita sit, utique explicanda erit: Ut si vovisti non fornicari, non blasphemare, nunquam pejerare, nunquam die festo omittere Sacrum: omnia transgressus utique non sufficit dicere simplititer *violavit orationem*, *semel*, *toties*; sed materias explicare debes: quia non solum contra vota tua, sed etiam contra alia præcta Dei, vel Ecclesiæ deliquisti. At, quid si vovisti certo die jejunare, & audire Sacrum, & abstinere ab illicita venere; & omnia transgressus in Confessione dicas: *semel transgressus sum tria vota:* & postea interjectis aliis, addas, *semel commisi fornicationem?* Respondet Gobat *cass 1.n.24.* te satisfecisse; quia nihil substantiale omisisti. Sed ego addo, te etiam excessisse; quia sic reverà Confessario ingeris notitiam distin-

312 Tract. III. In II. Precept. Decal. Cap. II.
Ei peccati fornicationis, ultra triplicem illam
gressionem votorum.

175 **Tertio.** Quamvis autem etiam votum
flitatis simplex, & solemne Professions, ac faci-
dinis, essentialiter sint ejusdem speciei: at
juxta communem, & mihi omnino veram
Sententiam, si voto solemni Castitatis adstrictu-
psas es, non sufficit dicere: Semel transgres-
votum Castitatis; sed (nisi Confessario noue
explicare debes votum solemne: quippe cuju-
lius violatio propriè constituit sacrilegium can-
non item violatio voti simplicis, ut alibi est dic-
quamvis oppositam sententiam *Sanch. Diane-*
sai, *Tamburini* alibi, in sua materia, ut prob-
lem admiserimus.

Denique ad praxin apposite monet *Sanch.*
de voto n. 31. Quando pœnitentes moniti a Con-
fessario, ut à peccatis certis desistant, responde-
promitto me amplius hoc, aut illud non faciam
&c. communiter non edere votum, sed tantum va-
significare suum firmum propotitum. Si quis
men verè vellet promittere, & de novo obligare
emendationem talis, vel talis peccati, utique vero
votum edidit, cùm promissio non fiat Confessio
sed coram illo ipsi Deo, saltem promissio non
Confessario ut homini, sed ut Judici loco Dei, ad
que adhuc principaliter ipsi Deo: & consequens
non secuta emendatione, deberet se agere reuti-
cti, & fracti voti: ut etiam observat *P. Gobat* in
n. 25. Quam quidem novam obligationem Con-
fessarius praeditus facultate dispensandi, vel con-
mutandi.

Sect. I. Votorum ac Juramentorum extincio. 313
mutandi vota, ut prudenter relaxet, definiat ex ipsa
experientia, utram nimis memoria voti nuncu-
pati retraxerit pœnitentem à recidiva, nec ne. Si
enim retraxit, non relaxet: si feciis, relaxet in no-
mine Domini, quia votum istud, & nova obligatio
nihil ipso proficit, nisi ad graviorem culpam.

CAPUT III.

De votorum, & juramentorum deobligatione.

Vota cessant obligare voventem generatim
quatuor modis: extinctione, irritatione, di-
spensatione, ac commutatione. Isdemque omni-
nō modis cessant obligare juramenta promissoria,
sive absoluta; sive confirmatoria promissionis factæ
Deo non item semper factæ homini, ut infra pate-
bit; & insuper speciali modo sibi proprio, cessant
per remissionem seu condonationem alterius, cui,
vel in ejus commodum promissio jurata facta est,
ut infra suo loco notabimus.

SECTIO I.

Votorum ac juramentorum extincio

SUMMARIUM.

1. Obligatio votorum, ac juramentorum extinguitur:
2. I. ablatione, vel mutatione notabilis ipsius materie: aut
3. II. finis principalis voti: aut
4. III. circumstantie per se principaliter intente:
5. IV. Aut alterius equivalentis ex improviso accidentis.
6. Talis autem mutatio; vel impedimentum occurens debet
esse quid notabile; se tenens ex parte materie; non go-
dantis tantum:

V. 5

7. 182.